ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 02323 618 2

Gc 942.2302 R676c pt.7
Catholic Church. Diocese of
Rochester (England). Bishop
Registrum Hamonis Hethe

PART CI. SEPTEMBER 1936.

The
Canterbury and York Society.

DIOCESIS ROFFENSIS

REGISTRUM HAMONIS HETHE

PARS SEPTIMA

PRINTED IN ENGLAND
AT THE OXFORD UNIVERSITY PRESS

NOTE

The editor, Mr. CHARLES JOHNSON, desires to acknowledge with gratitude the continued assistance of Mr. V. J. B. TORR in the transcription of the register. He remains solely responsible for the text as printed.

Allen County Public Library
900 Webster Street
PO Box 2270
Fort Wayne, IN 46801-2270

Pro decimis et nonis solvendis.

1341.
Jan. 29.

Letter of John, archbishop of Canterbury, ordering the bishop to forbid the collection of the ninth from those clergy who are assessed to the tenth, hold nothing by barony, and do not attend Parliament, enforcing his orders, if necessary, by suspending the collection of the tenth, and to report his proceedings by May 1. Canterbury. iiij. Kal. Feb. 1340.

[The corresponding letter to the bishop of London is printed in *Hemingburgh*, II. 371–5. The version in the register shows the following variants:

P. 371, l. 5 *from foot, for* Dei permissione *read* permissione divina; l. 2 *from foot, read* domino Hamoni dei gratia episcopo Roffensi.

P. 372, l. 7, *for* fuerunt *read* fuerint; l. 8, *after* invasiones *add* eorum; l. 10, *read* suorum jurium; l. 7 *from foot, for* illi *read* illa vice; l. 5 *from foot, after* libertates *add* clero et; l. 4 *from foot, read as in MS. Harl. 655.*

P. 373, l. 3, *for* promptius *read* propensius; l. 7, *for* praedicta *read* supradicta, *after* domino *add* nostro; l. 11, *read* nonae portionis contributionem; l. 18, *for* autem *read* etiam; l. 14 *from foot, read* communitati hujusmodi; l. 12 *from foot, after* saltem *add* ea; l. 5 *from foot, read* venire, ut praemittitur.

[Fo. 192b.]

P. 374, l. 4, *for* de contrario et *read* E converso etiam; l. 6, *after* contra *add* cartam; l. 8, *for* congruit *read* congruat; l. 9, *for* custodire *read* custodiri; l. 11, *for* si *read* quando; l. 12, *for* dominationis *read* doni (?); l. 13, *for* quod... finibus *read* suisque non contenta finibus; l. 15, *for* clerusque non *read* clerus ad non (?); l. 20, *after* abusus *add* hujusmodi; *omit* Dei; l. 14 *from foot, for* occultatae *read* oculatae; l. 8 *from foot, after* praemittitur *add* sunt; *for* vel *read* seu; l. 7 *from foot, for* Londoniensi *read* Roffensi; l. 3 *from foot, for* compellatis *read* compescatis.

P. 375, l. 3, *for* servare *read* servari; l. 4, *for* feceritis *read* videritis; l. 7, *for* exhibentes *read* exigentes; l. 10, *read* Et quid feceritis in praemissis nos citra primum diem mensis Maii proximo futurum distincte certificetis et aperte per vestras patentes literas harum seriem continentes. Datae Cantuariae iiij[to] Kalendas Februarii, anno domini millesimo ccc. quadragesimo et nostrae translationis septimo.[1]]

Archiepiscopus ut persecutores ecclesiarum inducantur ut desistant.

1341.
Jan. 30.

[The archbishop writes informally to ask the support of his suffragan in his effort to protect the church from undue exactions.]

Frater carissime, Christi legacione fungentes episcopi ex injuncto administracionis officio curam animarum gerere tenentur

[1] This shows that the prohibition of the collection of the ninth was subsequent to the king's summons of Jan. 26. Compare G. Lapsley on 'Archbishop Stratford and the Parliamentary Crisis of 1341', in *Engl. Hist. Rev.* xxx. p. 15.

salubriter, et pro domo domini ascendentibus ex adverso murum inexpugnabilem se prebere, ut spiritu libertatis loquentes audacter pronuncient que saluti congruunt animarum, ecclesie libertatem et honorem dei ac liberacionem patrie conferant et procurent. Verum quia ecclesia que libera esse debet variis exaccionibus collectis et talliis infestis a prelatis et clero eciam non consessis opprimitur hiis diebus clerusque nostre Cantuariensis provincie vexatur indebite et ignominioso contemptu atteritur vehementer, jurisque semita derelicta divertitur in obliquum, cedit potencie veritas et justiciam odium jam expellit, propter que, ut credimus, ille qui judicat et arguit pro mansuetis terre, gemitibus oppressorum pie compatiens, per impietates hujusmodi graviter offensus, in diversis mundi partibus varia permisit regi et regno guerrarum discrimina suscitari que si finem felicem debeant optinere, ab ecclesiarum spoliis et depredacionibus pauperum injuriosis abstineri et justiciam exhiberi singulis oportebit. Unde cum vos, sicuti et nos, zelus domini et ecclesie tam acerba tangat affliccio, fraternitatem vestram monemus et hortamur in domino Jesu Christo quatinus, hominibus contra deum nullatenus deferentes,[1] impietatem suam hujusmodi annunciare impiis vestre diocesis, si qui sint, audaci animo studeatis, ne si in impietate sua mortui fuerint de vestris et forsan nostris manibus eorum anime requirantur; vestros eciam subditos exhortacionibus efficacibus similiter inducentes ut ecclesias ecclesiasticasque personas plus solito habeant in honore et ab eorum injuriis colentes justiciam omnino desistant; necnon pro juribus et libertatibus ecclesie et regni per nos ut speramus utiliter inchoata cum dei adjutorio manu tenere, protegere, ac tueri, vobisque per nos missa et inposterum committenda execucionem concernencia premissorum favorabiliter prosequi et nobis assistere in eisdem solius dei intuitu vigilanter curetis, ut hiis nostris precibus circa premissa per vos acceptatis benignius et expletis devocius inclinati vobis reddatis placabilem pium patrem et retribucionis ecclesie mercedem ab ipso digne percipere valeatis. Deus vos dirigat in agendis. Scriptum Cantuarie xxx^mo^. die mensis Januarii.

Dimissio et acquietancia super defectibus domorum.

Jun. 15.

[Award, after inquisition by a mixed jury of clergy and laity, by Master Edmund de Berham, commissary-general of the bishop, as to the dilapidations of the rectory of Kemsing, with the chapel of Seal, claimed by Thomas de Hope, the rector, from the executors of his predecessor Gilbert de Keleshulle. As Gilbert

[1] *MS.* deserentes.

only held the rectory two years, had had to spend £60 on the repairs left undone by his predecessor Richard Durant, and had left books and ornaments to the church worth five marks, it is adjudged that the executors shall pay only five marks for rebuilding a barn and repairing the chancel and rectory, and 7*s.* for minor repairs to silk vestments and ornaments. Both parties accepted this decision.]

Noverint universi quod cum venerabilis pater dominus [1] Hamo dei gracia Roffensis episcopus nuper ad promocionem domini Thome de Hope rectoris ecclesie de Kemesinge, Roffensis diocesis, super defectibus tam in cancello, libris, vestimentis, ceterisque ornamentis ecclesie predicte et capelle de la Sele dependentis ab eadem quam in edificiis et clausuris rectorie dicti loci post mortem domini Gilberti de Keleshull ultimi rectoris ibidem imminentibus, ipsius domini Gilberti executoribus testamenti legitime premunitis, per duodecim viros fidedignos videlicet sex clericos beneficiatos et totidem laicos de consensu parcium predictarum electos et juratos fecisset inquiri ac pro quanta pecunie summa possent hujusmodi defectus reparari, fuissetque super taxacione seu estimacione reparacionis defectuum predictorum inter partes predictas aliqualiter altercatum, tandem partes ipse se dicti patris seu magistri Edmundi de Berham commissarii sui generalis moderacioni et decreto sponte submiserunt in premissis, dictusque pater ex abundanti nobis commissario suo predicto ad moderandum et decernendum super hiis prout nobis justum videretur et equum de consensu parcium predictarum specialiter commisit vices suas. Nos itaque commissarius predictus considerantes quod dictus dominus Gilbertus infra biennium, quo duntaxat extiterat rector ecclesie memorate, in reparacionibus domorum tempore domini Ricardi Durant proximi predecessoris sui combustarum et aliorum defectuum imminencium ultra sexaginta libras sterlingorum expenderat quodque libros et ornamenta varia in ultima voluntate sua reliquerat ecclesie et capelle predictis, que ad valorem quinque marcarum et amplius estimantur prout super his nobis est summarie facta fides, auctoritate submissionis et commissionis nobis factarum in hac parte moderamur et decernimus quod prefati executores satisfaciant domino Thome, rectori predicto, de quinque marcis sterlingorum pro una grangia secundaria [2] construenda ac reparacione defectuum aliorum in cancello et edificiis rectorie, quodque minutos defectus in vestimentis et ceteris ornamentis sericis et lineis imminentes usque ad summam septem solidorum faciant reparari, dictusque rector et prefati executores nichil ultra nostram moderacionem et

[1] *Over* 'frater' *erased.*

[2] *MS.* secundar'.

decretum predicta pro defectibus quibuscunque debent aliqualiter vendicare. Que quidem moderacionem et decretum per nos commissarium predictum interposita dicte partes postmodum acceptantes, ex certa sciencia omologantes, omni accioni sibi vel earum alicui competenti in premissis renunciarunt expresse coram nobis. In cujus rei testimonium sigillum officialitatis Roffensis quo utimur in officio commissiariatus nostri presentibus literis apposuimus ad rogatum specialem parcium predictarum. Datum apud Trottesclive xvij. Kalendas Julii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo primo.

[Fo. 193.]

Cherlton.

1340.
Jun. 23.

[Institution of John de Wiburham, lately warden (*custos*) of Aschton chapel, in the diocese of Bath and Wells, to Cherleton R., by exchange with Hugh de Neiseo. Patron the King, owing to seizure of Bermondsey Priory during French war. Oath of obedience. Hallyng', ix. Kal. July.] *Form of resignation*:—

In dei nomine amen. Ego Hugo de Neiseo, rector ecclesie de Cherleton', Roffensis diocesis, volens ecclesiam meam predictam cum Johanne de Wilburham, habente capellam de Aschtone, Batoniensis et Wellensis diocesis, pro dicta capella canonice permutare, dictam ecclesiam meam ex causa permutacionis predicte in manus vestras, venerande pater domine Hamo dei gracia Roffensis episcope loci diocesane, resigno, ipsamque re et verbo dimitto ex causa predicta, alias eam nullatenus resignaturus.

1340.
July 22.

[John de Beylham, instituted by Adam Murimouth to Tonbridge V., by virtue of the bishop's commission of July 15, on exchange with Alan de Lavenham for Chelsworth R. (co. Suffolk), presents Adam's certificate dated July 21, and takes the oath of obedience. A mandate for induction is then issued.]

xj. Kalendas Augusti anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo in capella domini apud Hallyng' constitutus personaliter dominus Johannes de Beylham, quondam rector ecclesie de Chelesworth, Norwycensis diocesis, quasdam literas certificatorias magistri Ade Murymouth canonici Londoniensis, sigillo officialitatis ecclesie Cantuariensis signatas, exhibuit coram domino tenorem qui sequitur continentes:—

Tonebregg'.

July 21.

Venerabili in Christo patri, domino H. dei gracie Roffensi episcopo, suus devotus Adam Murimouth, canonicus Londoniensis, reverenciam et honorem debitos tanto patri. Literas commissionis vestre paternitatis decimo tercio Kalendas Augusti [1] anno domini infrascripto sub hac forma recepi:—

July 15.

Frater H. permissione divina Roffensis episcopus reverende discrecionis viro magistro Ade Murymouth, canonico Londoniensi, salutem et sinceram in domino caritatem. Cum dilecti nobis in Christo domini Johannes de Beylham, rector ecclesie de Chelesworthe, Norwycensis diocesis, et Alanus de Lavenham, perpetuus vicarius ecclesie de Tonebregge, nostre diocesis, sua beneficia certis et legitimis ex causis libere sine fraude et pravitate quacunque proponant, sicut asserunt, adinvicem canonice permutare, dum tum consensus et auctoritas illorum quorum interest interveniant in hac parte; nos variis et arduis negociis multipliciter impediti, dicte permutacionis expedicioni ad presens intendere non valentes, ad audiendum, examinandum, et plenarie discuciendum causas permutacionis predicte, et in eo eventu quo ipsas duxeritis approbandas, prout de meritis cujusdam inquisicionis per archidiaconum Roffensem ad mandatum nostrum in hac parte facte, quam sub sigillo nostro vobis transmittimus inclusam, liquere videbitur; ad admittendum dictum dominum Johannem ad vicariam de T. memoratam, ipsumque ex causa permutacionis hujusmodi vicarium perpetuum instituendum canonice in eadem, recepta primitus resignacione dicti domini A. de L. de vicaria sua de T. predicta, ceteraque omnia et singula faciendum et expediendum que in hujusmodi permutacionis negocio necessaria fuerint vel oportuna, prefati domini Johannis obediencia canonica et induccione in corporalem possessionem vicarie ecclesie de T. predicte nobis specialiter reservatis, vobis tenore presencium committimus vices nostras, rogantes quatinus expedito dicte permutacionis negocio nos de toto processu vestro in hac parte habendo distincte et aperte velitis certificare per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo autentico consignatas. Datum apud Hallyng' Idibus Julii anno domini millesimo ccc^mo. xl^mo.

Quarum auctoritate literarum de causis permutacionis predicte cum diligencia inquisivi, et quia eas meo judicio sufficientes inveni,

[1] July 20.

easdem causas tanquam legitimas approbavi et ad auctorizandum hujusmodi permutacionem vestra auctoritate processi. Recepta igitur resignacione dicti domini A. perpetui vicarii ecclesie de T., vestre diocesis, dominum J. de B. rectorem ecclesie de Chelesworth ex causa permutacionis resignantem pro quo fecit inquisicio auctoritate vestra per archidiaconum Roffensem rite facta, cui eciam nichil obviavit de canonicis institutis, ad vicariam de T. predictam admisi et ipsum vicarium institui canonice in eadem, obediencia canonica et induccione corporali in vicariam predictam vobis specialiter reservatis, recepto ab ipso in ipsa institucione corporali juramento quod in eadem vicaria juxta formam constitucionum Ottonis et Ottoboni, olim in Anglia sedis apostolice legatorum, personaliter residebit. In cujus rei testimonium sigillum officialitatis curie Cantuariensis presentibus est appensum. Datum apud Bernes xij. Kalendas Augusti anno domini supradicto.

Quo quidem certificatorio dumtaxat coram domino perlecto, idem dominus Johannes de Beylham, vicarius ecclesie de Tonebregge ut premittitur institutus, juravit domino obedienciam in forma consueta. Et confestim emanavit quoddam mandatum ad inducendum eundem dominum Johannem in corporalem possessionem in vicariam de T. predictam, archidiacono Roffensi directum.

Copia inquisicionis facte super jure patronatus ecclesie de Legh Roffensis diocesis occasione permutacionis inter dominum Henricum rectorem ejusdem et dominum Rogerum de Frendesbery, rectorem ecclesie de Stradesell, Norwycensis diocesis, de dictis suis beneficiis faciende, per dominum archidiaconum Roffensem facte.

1340.

Nov. 13.

[On a proposed exchange between Henry de Schypton, rector of Leigh, and Roger de Frendesbery, rector of Stradishall (Suffolk), the bishop on Sept. 23 issued a commission to the archdeacon of Rochester to make the usual inquisition. This was returned, dated Oct. 4. The bishop on Oct. 6 commissioned Master Adam de Murimouth, canon of London, to effect the exchange, and Adam's certificate was returned, dated Nov. 12. The next day Roger de Frendesbery made his oath of obedience and the mandate for his induction was issued.]

Oct. 4.

Venerabili in Christo patri ac domino suo domino H. dei gracia Roffensi episcopo suus humilis et devotus clericus archidiaconus Roffensis obedienciam reverenciam et honorem debitos tanto patri. Mandatum vestrum nuper recepi in hec verba:

Sep. 23.

Frater H. permissione divina Roffensis episcopus dilecto filio archidiacono Roffensi vel ejusdem officiali salutem graciam et benediccionem. Cum dilecti nobis in Christo domini Henricus de Schypton, rector ecclesie de Legh nostre diocesis, et dominus Rogerus de Frendesbery, rector ecclesie de Stradesell Norwicensis diocesis, dicta sua beneficia, ut asseritur, intendant adinvicem canonice permutare, presentarunt nobis religiosi viri prior et conventus monasterii beate Marie Magdalene de Tonebregg', nostre diocesis, ex causa permutacionis hujusmodi dominum Rogerum de Frendesbery predictum ad dictam ecclesiam de L. ad suam presentacionem spectantem pleno jure. Quocirca vobis committimus et firmiter injungendo mandamus quatinus in pleno loci capitulo vocatis in hac parte vocandis de causis permutacionis ejusdem necnon de jure presentacionis ad ecclesiam de L. predictam, quis ultimo presentavit ad eandem, quisque vice ista ad eam
[Fo. 193b.] debeat presentare, an sit litigiosa, porcionaria, | vel pensionaria, cui seu quibus in quantum et ex qua causa, quanteque estimacionis existat; de vita et ordinibus et condicionibus ad eandem presentati, an sit liber et legitimus, alibive quam ut premittitur beneficiatus, ac eciam de ceteris articulis in hujusmodi debitis et consuetis diligentem faciatis inquisicionem, et quid per eandem inveneritis et feceritis in premissis nos hujusmodi inquisicionis negocio expedito certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes. Datum apud Trottesclive ix. Kalendas Octobris anno domini m°. ccc^mo^. xl^mo^.

Cujus auctoritate mandati in pleno loci capitulo, vocatis in hac parte vocandis, diligentem feci inquisicionem; que dicit quod dominus prior et conventus de Tonebrigg' sunt veri patroni ecclesie de L. predicte et ultimo presentarunt ad eandem et ad eam hac vice debent presentare; non est litigiosa neque pensionaria vel porcionaria, et est estimacionis octodecim marcarum; de causis permutacionis ignorat inquisicio predicta. Et est presentatus ad eandem ut asseritur vite laudabilis et conversacionis honeste et in ordine sacerdocii constitutus, et est liber et legitimus nec alibi quam in ecclesia de Stradesell beneficiatus. In cujus rei testimonium has meas literas patentes et clausas vestre reverende paternitati transmitto sigilli mei impressione communitas. Datum apud Mallyng' iiij. Nonas Octobris anno domini supradicto.

Oct. 7.

Postmodum vero, Nonis Octobris, dominus Roffensis episcopus

fecit unam commissionem magistro Ade Murymouth, sub hac forma:—

Oct. 6.

Frater Hamo [*etc. as above p. 661*, mutatis mutandis, *ending*] Datum apud Trottesclive, pridie Nonas Octobris anno domini millesimo ccc^mo. quadragesimo.

Certificacio.

Nov. 12.

Quarum auctoritate literarum [*etc. as above*, mutatis mutandis, *continuing with the latter part of Adam's certificate, and ending*] In cujus rei testimonium sigillum officialitatis curie Cantuariensis presentibus est appensum. Date Londonie, pridie Idus Novembris, anno domini supradicto.

Nov. 13.

Ipso igitur processu coram domino Roffensi episcopo, in capella sua apud Trottesclive, Idibus Novembris anno quo supra exhibito, idem dominus Rogerus de Frendesbery juravit dicto patri domino Roffensi episcopo obedienciam canonicam in forma consueta, et statim emanavit mandatum domini ad archidiaconum Roffensem ut ipsum Rogerum in corporalem possessionem duceret ecclesie de Legh' predicte.

Dispensacio Johannis Marescalli de Derteford.

Nov. 4.

[Dispensation, in accordance with a mandate from the Papal penitentiary, to John, called Marshal, of Dartford, who obtained the church of St. Gregory at Rome, and was ordained subdeacon, deacon, and priest without the leave of his bishop.]

Frater H. etc.[1] dilecto filio Johanni Marescallo de Derteford nostre Roffensis diocesis, salutem graciam et benediccionem. Literas reverendi patris et domini domini [2] Gaucelmi dei gracia Albanensis episcopi, domini nostre pape penitenciarii, per te nobis presentatas recepimus tenorem qui sequitur continentes:

Mar. 19.

Venerabili in Christo patri . . dei gracia episcopo Roffensi vel ejus vicario in spiritualibus Gaucelmus miseracione divina Albanensis episcopus, salutem et sinceram in domino caritatem. Sua

---

[1] *MS.* et.

[2] *Interlined.*

nobis Johannes dictus Marescallus de Derteford, presbiter, vestre diocesis, lator presencium, peticione monstravit quod cum ipse olim ad partes ultramarinas se transtulisset et ibidem per sex annos continuos residenciam personalem fecisset, ad titulum ecclesie sancti Gregorii in urbe, credens sibi licere cum titulum justum haberet et residenciam personalem ibidem per sex annos ut prefertur fecisset, per vicarium domini Benedicti pape xij. ibidem tunc existentem ad subdiaconatus et per episcopum Viterbiensem ad diaconatus, postmodum vero per episcopum Sutrinum ad presbiteratus ordines successive vestra licencia non obtenta, tanquam simplex et juris ignarus alias tamen rite per omnia ⟨se fecit⟩ promoveri et in sic susceptis et certis suis ordinibus, non tamen in contemptum clavium, diucius ministravit, et aliis divinis officiis se ingessit; cognita tandem culpa propria sedem apostolicam adiens supplicavit humiliter sibi super hiis per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape cujus penitenciarie curam gerimus et de ejus speciali mandato super ⟨hoc⟩ vive vocis oraculo nobis facto, ad vos ipsum Johannem ab excommunicacione generali quam propter hoc incurrit, et excessibus hujusmodi juxta formam ecclesie remittimus absolutum, circumspeccioni vestre auctoritate et mandato eisdem committentes, quatinus injuncta sibi super hiis pro modo culpe penitencia salutari, eoque ad tempus prout expedire videritis a sic susceptorum execucione ordinum suspenso, demum suffragantibus ei meritis, alioque canonico non obstante, super irregularitate dicto modo contracta et ipsorum execucione ordinum dispensetis misericorditer cum eodem. Datum Avinione xiiij. Kalendas Aprilis pontificatus domini Benedicti pape xij. anno sexto.

Harum igitur auctoritate literarum, confessione tua diligenter audita, pro modo eciam culpe super premissis injuncta tibi penitencia salutari, teque ad tempus prout nobis expedire videbatur et sicut premittitur a susceptorum ordinum execucione suspenso, demum suffragantibus tibi meritis, alioque canonico non obstante, super irregularitate dicto modo contracta et ipsorum execucione ordinum in hiis scriptis tecum misericorditer dispensamus, juxta vim formam et effectum dictarum literarum et non alio quovismodo. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Datum apud Trottesclive pridie Nonas Novembris anno domini m°. ccc^mo. quadragesimo.

[Fo. 194.]

Eylesford' et Merdenn'.

Oct. 25.

[Exchange, by virtue of a commission of the archbishop, dated Oct. 19, between John de Norwico, vicar of Marden, and Richard de Berham, vicar of Aylesford.]

Viij. Kalendas Novembris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo apud Trottesclive dominus recepit commissionem que sequitur:

Johannes permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus, venerabili fratri nostro domino H. dei gracia Roffensi episcopo, salutem et fraternam in domino caritatem. Cum domini Johannes de Norwyco de Merdenn nostre Cantuariensis diocesis et Ricardus de Berham de Eylesford vestre Roffensis diocesis ecclesiarum parochialium vicarii desiderent, sicut dicunt, suas vicarias predictas ex certis causis et legitimis adinvicem canonice permutare, super contingentibus permutacionem eandem per . . officialem . . archidiaconi nostri Cantuariensis inquiri fecimus diligenter et inquisicionem in ea parte factam vobis sub nostro sigillo duximus transmittendam. Ad examinandum igitur discuciendum et approbandum causas permutacionis ejusdem, quatenus ad nos pertinet et de jure fuerit faciendum, et auctorizandum canonice permutacionem eandem, si ipsam decreveritis faciendam, resignacionemque predicte vicarie de Merdenn ex causa permutacionis hujusmodi acceptandum in casu quo causas ipsas duxeritis approbare et canonicum non obsistat, ac dictum Ricardum ad ipsam vicariam de Merdenn ex causa permutacionis hujusmodi admittendum et vicarium perpetuum cum onere residendi in ea juxta formam constitucionum Ottonis et Ottoboni quondam sedis apostolice in Anglia legatorum in ea parte editarum canonice instituendum in vicaria de Merdenn predicta, canonica obediencia et induccione ejusdem Ricardi in corporalem possessionem dicte vicarie nobis specialiter reservatis, fraternitati vestre committimus vices nostras. Et quid feceritis in premissis expedito negocio hujusmodi certificare curetis per literas vestras patentes harum seriem continentes. Datum apud Maydenstan xiiij. Kalendas Novembris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo et nostre translacionis septimo.

Examinatis igitur discussis et approbatis causis permutacionis predicte eademque permutacione per ipsum dominum auctorizata, resignacionibusque dictarum vicariarum ex causis permutacionis hujusmodi per ipsum acceptatis, prefatum dominum Johannem ad

vicariam ecclesie de Eylesford dicte sue Roffensis diocesis, ad quam ipsius patris consensu super hoc prehabito [1] per religiosos viros magistrum seu iconomum et fratres hospitalis beate Marie de Strod,[1] Roffensis diocesis, veros ipsius vicarie [1] ecclesie de Eylesford patronos, eidem domino Roffensi extitit presentatus, admisit et eundem ex causa permutacionis predicte perpetuum vicarium canonice instituit in eadem, predictumque dominum Ricardum ad vicariam ecclesie de Merdenn Cantuariensis diocesis ad quam per religiosos viros abbatem et conventum monasterii de Lyesnes, Roffensis diocesis, veros ipsius vicarie de Merdenn patronos, ex causa permutacionis predicte extitit presentatus, admisit et vicarium perpetuum ex causis premissis instituit in eadem, recepto ab eodem Johanne et prefato Ricardo separatim juramento ad sancta dei evangelia corporali prestito tunc ibidem, quod idem Johannes in vicaria sua de Eylesford juxta formam constitucionis Ottonis et Ottoboni quondam sedis apostolice in Anglia legatorum in hac parte edite [2] personaliter residebit, item quod prefatus Ricardus in vicaria de Merdenn predicta modo consimili residebit; et jurat idem dominus Johannes vicarius de Eylesford canonicam obedienciam domino et suis ministris in canonicis et licitis mandatis: canonica obediencia et induccione dicti domini Ricardi in corporalem possessionem dicte vicarie de Eylesford [3] predicto domino Cantuariensi archiepiscopo specialiter reservatis.

Tonsura.

Nov. 26.

[Tonsure of a clerk.]

Vj. Kalendas Decembris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo in capella de Trottesclive Roffensis diocesis dominus ordinavit ad primam tonsuram clericalem Willelmum filium Radulphi Mareschal de Roffa.

Dec. 2.

The bishop gave first tonsure to four clerks [names in digest]. Stone church. iiij. Non. Dec.

1341.

Jan. 26.

Collation of Richard Rolf, of Hamo's household, to the serjeanty in the tailory of Rochester Priory, which Henry de Aldone held, with mandate of induction to Br. Richard de Tonebregg', chamberlain of Rochester Priory, Trottesclive, vii. Kal. Feb.

---

[1] *Interlined.* [2] *MS.* edita. [3] *Error for* Merdenn.

Hertlegh.

Feb. 22.

[Institution of John de Payneswyk to Hartley R.]

Octavo Kalendas Marcii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo, in oratorio manerii de Trottesclive, dominus admisit dominum Iohannem de Payneswyk ad ecclesiam parochialem de Hertlegh', Roffensis diocesis, per mortem domini Henrici de Cotesbrok', ultimi rectoris in eadem defuncti, vacantem, ad quam per nobilem virum dominum Ricardum Talbot, militem, verum ipsius ecclesie patronum, prout per brevia regia et alia instrumenta et legitima documenta evidenter apparebat, extitit presentatus, et ipsum dominum canonice rectorem instituit in eadem cum suis juribus et pertinenciis universis. Et juravit idem Johannes rector domino obedienciam in forma consueta, presentibus magistro Edmundo de Berham, et Johanne de Denynton clerico.

Cherltone.

Feb. 23.

Institution of Walter de Enderbi, clerk, to Charlton R. Patrons P. and C. of St. Saviour's Beremunddeseye. Oath of obedience. Trottiscliffe chapel. vij. Kal. March.

[Fo. 194b]

Mar. 3.

[First tonsure of fifteen clerks. Names in digest.]

Quinto Nonas Marcii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo in capella domini apud Hallyng' admissi sunt ad primam tonsuram clericalem infrascripti, videlicet:—

Kemesyng'.

Mar.

Institution of Thos. de Hope, priest of dio. Hereford, to Kemsing R., vacant by death of Gilbert de Keleshelle. Patron Peter de Grandisson, kt. Oath of obedience. Witnesses Thos. de Alkham and T. de Heth. Hallyng' chapel. vj. Kal. Apr.

Item dictis die anno et loco immediate:—

Terstane.

Institution of John de Stodham, priest, to Teston V., by exchange from Wateryngbury V. Patrons P. and C. of Leeds. Oaths of obedience and residence.

Woteringbery.

Institution of John de Lichefeld, priest, to Wateringbury V., by exchange. Patrons P. and C. of Leeds. Oaths of obedience and residence.

Woldeham.

Apr. 4.

[John de Percebrigg, whose exchange of Shipmeadow R. (Suffolk) with John Calabre for Wouldham R. has been approved by the bishop and executed by Adam Murimouth, makes his oath of obedience and receives his mandate of induction to Wouldham.]

Pridie Nonas Aprilis anno domini supradicto in capella de Hallyng.

Dominus approbavit causas permutacionis inter dominum Johannem Calabre, rectorem ecclesie de Woldeham, Roffensis diocesis et sui patronatus, ac dominum Johannem Percebrygg', rectorem ecclesie de Schipmedowe, Norwycensis diocesis, et commisit idem dominus vices suas magistro Ade Murymouth, canonico Londoniensi, ad admittendum prefatum dominum J. Percebrygg' ad ecclesiam de Woldeham predictam ex causa permutacionis predicte, recepta primitus resignacione domini Johannis Calabre predicti de ecclesia memorata, et reservata ipsi domino induccione ipsius domini J. de Percebrigg' in corporalem possessionem dicte ecclesie de Woldeham ac obediencia canonica ejusdem. Receptisque literis certificacionis predicti magistri Ade, quod dictum dominum Johannem de Percebrigg' ad predictam ecclesiam de Woldeham ⟨admisit⟩ et rectorem instituit in eadem ex auctoritate et causa predictis, idem dominus mandavit eum induci per archidiaconum Roffensem in corporalem possessionem dicte ecclesie de Woldeham. Et juravit idem dominus Johannes de Percebrigg' canonicam domino obedienciam in forma consueta.

Clementis.

Mar. 20.

Collation of Sir (*domino*) John Nyeweman, priest, of Hastyngleghe (dio. Cant.), to St. Clement's Rochester R., void by death of Robert ⟨de Honingham⟩. Mandate of induction to Br. Roger de Stowe, master (*iconomum*) of St. Mary's hospital, Strode. Oath of obedience. Halling chapel. xiij. Kal. April, 1340.

Gravesende.

Apr. 19.

Institution of Sir John Waryn, priest, to Gravesend R., void by resignation of Sir James de Derneforde. Patron Robert de Ufford, earl of Suffolk. Oath of obedience. Trottiscliffe chapel. xiij. Kal. May, 1341.

[Fo. 195.]

Ludesdon'.

May 3.

[Institution of William de Redeswelle to Luddesdown R., with letters dimissory and dispensation to study for two years.]

Quinto Nonas Maii anno domini supradicto.

Dominus admisit magistrum Willielmum de Redeswelle clericum primam tonsuram clericalem habentem, in persona Johannis de Toppisfelde procuratoris sui,[1] ad ecclesiam de Ludesdone vacantem per dimissionem domini Rogeri le Younge ultimi rectoris in eadem, aliud beneficium curatum assecuti, ad quam quidem ecclesiam de Ludisdone dictus magister Willelmus per nobilem dominam dominam Mariam de Sancto Paulo comitissam Pembrochie veram ipsius ecclesie patronam extitit presentatus. Et juravit dictus procurator, potestatem habens sufficientem, nomine domini sui predicti, canonicam obedienciam domino in forma consueta et concessit dominus eidem rectori literas dimissorias ad omnes minores ordines quos nondum fuerat assecutus et ad ordinem subdiaconatus infra unum annum a tempore date institucionis sue recipiendos. Et dispensavit dominus cum eodem secundum formam constitucionis Bonefaciane que incipit *Cum ex eo*[2] super hoc edite, ut per biennium insistere valeat studio literarum ubicumque in regno Anglie studium viget generale.

Snodelonde.

May 6.

Pridie Nonas Maii anno domini millesimo ccc^mo^. xl^mo^. primo in capella de Trottesclive.

Collation of William de Middiltone, priest, lately Rector of Trottesclive, to Snodelonde R., void by death of John de Denyngtone. Mandate for induction to commissary-general. Oath of obedience.

Trottesclive.

Item eisdem loco die et anno.

Collation of John de Everyng, acolite, to Trottesclive R., vacant by res. of William, aforesaid. The Commissary-general is to induct him. Witnesses Master Edmund de Berham, rector of Stone, and Thomas de Alkham, rector of Southflete, and Wm. Pepir, monk of Rochester.

---

[1] *Interlined.*

[2] *Corp. Jur. Canon.* (ed. Friedberg) II. 964.

Item eisdem die et loco et anno.

Collation of John Mounte to serjeanty of second office of the laundry (*quod Anglice vocatur* Lauendrie) in Rochester Priory, vacant by res. of John de Everyng. Mandate of induction to Br. Richard de Tonebreg', chamberlain of Rochester Cathedral.

June 2.

[Ordination at Halling. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia Roffensem episcopum in capella manerii de Hallyng' Roffensis dyocesis iiij. Non. Junii, anno domini m°. ccc^mo. quadragesimo primo, videlicet die Sabbati quatuor temporum in septimana Penthecostes.

[Fo. 195 b.]

Jul. 7.

[Licence to preach for John de Adesham, D.D., Austin friar.]

Memorandum quod Nonis Julii anno domini m. ccc. quadragesimo primo dominus concessit licenciam fratri Johanni de Adesham, fratri ordinis sancti Augustini, sacre theologie doctori, ad predicandum et confessiones audiendum in dyocesi Roffensi, secundam formam constitucionis *Super cathedram* et dum stat in conventu Londoniensi.

Jul. 23.

[Appointment of Roger Brevetour as serjeant of the 'skynrie' on the death of William Quilter.]

X^mo Kalendas Augusti anno domini supradicto dominus contulit Rogero Brevetour serjanciam secundam in sartoria ecclesie Roffensis, vocatam 'skynrie', vacantem per mortem Willelmi Quilter, ultimi serjanti in eadem, et mandavit eum induci in corporalem possessionem ejusdem per camerarium ecclesie predicte qui tunc fuerat frater Riccardus de Tonebregg'.

Cray Paul'.

Jul. 25.

Institution of Mr. John de Lameleye, clk., in the person of Mr. Nicholas de Markele, his proctor, to St. Paul's Cray (*Paulinescreve*) R., void by the death of Robert. Patron: Walter Traylly, kt. Oath of obedience by proxy. viij. Kal. Aug.

Sep. 12.

Institution of Mr. Nicholas de Markeleye, clk. to St. Paul's Cray R. on the resignation of Mr. John de Lamaleye. Patron, as above. Oath of obedience. Trottiscliffe chapel. Prid. Id. Sept. 1341.

Sep. 22.

[Ordination at Trottiscliffe. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia Roffensem episcopum in ecclesia parochiali de Trottesclyve die Sabbati quatuor temporum mensis Septembris videlicet x^mo. Kalendas Octobris anno domini millesimo ccc^mo. quadragesimo primo.

Roffa.

Sep. 29.

[Appointment of Richard de Tonebregg' as cellarer in succession to Ralf de Cantuaria, and of William Bromfeld as chamberlain in succession to Richard de Tonebregg'.]

Memorandum quod iij. Kalendas Octobris anno domini m°, ccc^mo. quadragesimo primo fratres Radulfus de Cantuaria et Ricardus de Tonebregg' absoluti fuerunt ab officiis celerarie et camerarie vice auctoritate venerabilis patris domini Roffensis episcopi per Willelmum de Middelton' dicti patris commissarium in hac parte. Et eodem die predictus frater Ricardus de Tonebregg' prefectus fuit in officium celerarie Roffe et Willelmus Bromfeld' in officium camerarie ejusdem loci prefectus fuit ad requisicionem et nominacienem prioris et capituli Roffensis per Willelmum de Middelton' predictum et auctoritate supradicta.

Sub mutue vicissitudinis. Ad monendum rectorem conversantem aliena diocesi quod resideat in beneficio suo sub pena juris.

Sep. 30.

[The official of the archdeacon of Bedford is requested to admonish Walter Launcelyn, rector of Ash, to return to his benefice within two months and reside there as the law requires.

Frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, venerabili et discreto viro domini . . archidiaconi Bedeford' officiali vel ejus locum tenenti salutem in omnium salvatore. Quia dominum Walterum Launcelyn, rectorem ecclesie de Assch' nostre diocesis, in vestra jurisdiccione ut dicitur commorantem, ut ad dictam suam ecclesiam redeat et personaliter resideat in eadem certis et legitimis causis inducti dignum duximus evocandum, vestram discrecionem sub mutue vicissitudinis obtentu requirimus et rogamus, quatinus eundem dominum Walterum vice nostra peremptorie et sub pena juris monere, seu sic moneri facere velitis, quatinus ad ecclesiam

suam predictam citra duorum mensium spacium a die monicionis hujusmodi sibi faciende continue numerandum, redeat et extunc corporaliter et continue resideat in eadem et ipsi ecclesie per seipsum in ordine quem dicte ecclesie cura requirit deserviat, prout de jure tenetur. De diebus vero recepcionis presencium ac monicionis hujusmodi facte, necnon modo et forma ejusdem et quid ulterius feceritis in premissis vel sepedicto negocio, quamcicius commode poteritis certificare velitis per literas vestras patentes harum seriem continentes, sigillo vestri officii consignatas. Date apud Trottesclyve, ij. Kalendas Octobris, anno domini m°. ccc^mo. quadragesimo primo.

[Fo. 196.]

Acta.

Pro violencia in clericum.

[The brothers Thomas and Richard Broun, charged with laying violent hands on Henry de Holeye the younger, clk., failing to appear at Trottiscliffe on July 3, are pronounced contumacious. On July 26 they appeared with their brother John and with William Rodeburn. Thomas confessed and undertook to pay Henry 40*s.* within a week of Michaelmas, and to go to the Roman court for absolution as soon as it should be safe to do so. The others confessed aiding and abetting and undertook to be of good behaviour and perform the penance to be enjoined.]

Jul. 3.

Memorandum quod vocatis coram venerabili patre domino Hamone dei gracia Roffensi episcopo ipsiusve commissario in ecclesia parochiali de Trott' ad diem Mercurii proximum post festum apostolorum Petri et Pauli, anno domini millesimo ccc^mo. quadragesimo primo, Thoma Broun et Ricardo Broun fratre ejusdem Thome, sedenteque pro tribunali domino Thoma de Alkham, venerabilis patris domini Hamonis, dei gracia Roffensis episcopi, in hac parte commissario speciali,[1] lectoque certificatorio decani de Mallyng' per quod constabat dictos Thomam et Ricardum ad dictos diem et locum fuisse vocatos super violenta manuum injeccione in Henricum de Holeye juniorem, clericum, ipsisque Thoma et Ricardo preconisatis et diucius expectatis et nullo modo comparentibus, predictus commissarius ipsos Thomam et Ricardum pronunciavit contumaces et penam pro contumaciis suis hujusmodi domino episcopo predicto reservavit, decernendo tam eos quam alios ipsorum complices et fautores non vocatos iterato fore vocandos ad idem quod prius.

---

[1] *Corrected from* generali.

Jul. 26.

Postmodum in crastino sancti Jacobi apostoli anno domini supradicto comparuerunt in capella manerii de Trottesclyve coram venerabili patre domino Roffensi episcopo predicto iidem Thomas Broun et Ricardus frater ejus ac eciam Johannes frater eorundem et Willelmus Rodebourn', lectoque certificatorio decani de Mallyng' de quo supra fit mencio, expositaque eisdem violencia et sacrilegio prout in certificatorio predicto continentur, idem Thomas Broun dictam violenciam Henrico Holeye juniori, clerico, factam ac sacrilegium fatebatur, et peciit se absolvi: quem venerabilis pater predictus ad cautelam tunc absolvit. Prestitoque prius ab eodem Thoma corporali juramento, videlicet quod predicto clerico sic leso infra octo dies post festum sancti Michaelis proximo tunc futurum solvet quadraginta solidos Henrico clerico predicto pro injuriis et dampnis hujusmodi sibi factis sub pena in excommunicacionis sentenciam relabendi, et quod staret mandatis ecclesie pro commissis, et quod de cetero nullam inferret violenciam aliam in ecclesiam: juravit eciam quod quia ad presens non est securus transitus ad curiam Romanam, quamcicius tute et secure poterit et facultas se optulerit ad curiam predictam cum effectu iter arripiet pro absolucionis beneficio optinendo. Statimque die et loco predictis predicti Ricardus et Johannes fratres ejusdem Thome Broun ac Willelmus Rodebourn predictus coram venerabili patre predicto prostrati, complices et fautores in facinore hujusmodi se fatentes, beneficium absolucionis humiliter pecierunt. Quibus juratis de stando mandatis ecclesie pro commissis, et quod de cetero nullam facerent violenciam, nec consilium, auxilium, vel favorem hujusmodi sacrilegis vel malefactoribus extunc preberent, venerabilis pater predictus eosdem a sentencia excommunicacionis absolvit, decernendo eisdem, habita prius deliberacione debita, penitenciam pro commissis injungere salutarem.

---

xj°. Kalendas Novembris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo primo in capella de Trottesc'.

Eylisford'.

Oct. 22.

Collation *intuitu caritatis* of Hugh de Halum, priest, to Aylesford V. void by the death of John de Northwico. Mandate for induction to the archdeacon of Rochester. Oaths of obedience and residence.

Pridie Kalendas Novembris anno domini supradicto in capella de Trottesclive.

Cokelstane.

Oct. 31.

Collation of Robert Brundissch', priest, to Cuxton R. void by the death of Robert de Secheford. Oath of obedience and to pay the annual pension to Strood hospital.

---

iiij^to. Nonas Novembris anno proximo supradicto.

Wolewich'.

Nov. 2.

Collation of Simon son of John atte Castele of Strattone (dio. Lincoln) to Woolwich R. Oath of obedience and to pay the annual pension to Rochester cathedral.

---

xij^o. Kalendas Decembris anno proximo supradicto in capella de Trottesclive.

Pons Edulvius.

Nov. 20.

Institution of John Clovere of Lecheworthe P. to the chantry of St. Mary's chapel, Edenbridge (*de ponte Edulvii*) within the manor of Robert de Steyngrave, kt. Patron: the said Robert. Oath of obedience.

[Fo. 196 b.]

xviij^o. Kalendas Januarii anno domini millesimo ccc^mo.xl^o. primo in capella de Trottesclive.

Iselham.

Dec. 15.

[Collation of Walter de Euston to Isleham V., and licence to him to hear confessions in reserved cases.]

Dominus contulit vicariam ecclesie parochialis de Iselham, vacantem per mortem domini Radulfi de Erpingham ultimi vicarii in eadem, domino Waltero de Eustone, capellano, intuitu caritatis, et mandavit eum induci per dominum Gilbertum, perpetuum capellanum de Frakenham. Qui quidem dominus Walterus juravit domino obedienciam in forma consueta et residenciam corporalem se facturum secundum formam constitucionis super hoc edite.

Item eodem die commisit vices suas domino Waltero capellano predicto ad audiendum confessiones personarum in foro penitencie in casibus solis episcopis reservatis.

Dec. 22.

[Ordination at Trottiscliffe. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia Roffensem episcopum die Sabbati quatuor temporum

mensis Decembris, videlicet xj°. Kalendas Januarii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo primo in ecclesia parochiali de Trottesclive.

Prima Tonsura.

Dec. 26.

[First tonsure of two clerks.]

Item die sancti Stephani, videlicet vij°. Kalendas Januarii anno domini proximo supradicto in capella de Trottesclive dominus ordinavit ad primam tonsuram Robertum atte Berue filium Willelmi atte Berue de Cobeham et Robertum Hornyndone filium Johannis Hornyndone de Cobeham predicta.

Roffa.

1342.

Jan. 4.

[Appointment of John of Oxford as sub-prior.]

Die Veneris, videlicet pridie Nonas Januarii, anno domini proximo supradicto in capella de Trottesclive dominus absolvit fratrem Johannem de Hwitfeld ab officio supprioratus monasterii Roffensis, et admisit et prefecit fratrem Johannem de Oxonia ad presentacionem prioris et capituli ejusdem loci ad officium supradictum in forma consueta.

Prima tonsura.

Jan. 17.

[First tonsure of a clerk in Trottiscliffe chapel. xvii. Kal. Feb.

Feb. 21.

First tonsure of two clerks in the same. ix. Kal. Mar.

Feb. 23.

First tonsure of eight clerks in the same. vii. Kal. Mar. Names in digest.]

Fotescreye.

Mar. 12.

Institution of Thomas called 'Schepher' of Berkhampstead (*Berkhamstede*), clk. to Foots Cray R. void by the resignation of William de Tetlyngberi. Patrons: P. and C. of St. Mary's, Southwark. Oath of obedience. Trottiscliffe chapel. iiij. Id. March.

Mar. 16.

[Ordination at Trottiscliffe. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum H. dei gracia Roffensem episcopum die Sabbati qua cantatur officium

'Sicientes', videlicet xvij°. Kalendas Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo primo in ecclesia parochiali de Trottesclive.

[Fo. 197.]

Prima tonsura.

Mar. 17.

[First tonsure of four clerks in Trottiscliffe chapel. Names in digest.]

Mar. 21.

Institution of Thomas Wenge, clk. to Ashurst (*Essburst*) R. void by the death of Henry Gerunde. Patron: Henry de Chalfhunte, kt. Oath of obedience. Trottiscliffe chapel. xij. Kal. April.

Roffa. Pro celerario preficiendo.

Mar. 24.

[On the death of Richard de Tonebregge, their cellarer, the prior and convent nominate their precentor, John de Renham, as his successor, and Henry de Hengseye to be precentor.]

Reverendo in Christo patri ac domino, domino Hamoni dei gracia Roffensi episcopo; vestri humiles filii et devoti, prior et capitulum ecclesie cathedralis Roffensis, obedienciam, reverenciam, et honorem debitos tanto patri. Quia frater Ricardus de Tonebregg', quem nuper in celerarie officio prefecistis, diem clausit extremum, ac fratrem Johannem de Renham precentorem ad dictum officium celerarie et fratrem Henricum de Hengeseye ad officium precentorie nominavimus; vestram paternitatem reverendam in domino requirimus et rogamus quatinus predictum fratrem Johannem ab officio precentorie absolvere, et ipsum ac fratrem Henricum predictum in officiis ad que, ut premisimus, nominantur, ad nostram nominacionem preficere dignemini juxta morem. Vestram paternitatem reverendam conservet altissimus per tempora diuturna. Datum in capitulo nostro xxiij^to^. die mensis Marcii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo primo.

Mar. 26.

[The bishop makes the appointments desired by commission.]

Frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, dilecto filio Thome de Alkham, rectori ecclesie de Suthflete nostre diocesis, clerico nostro, salutem, graciam, et benediccionem. Quia frater Ricardus de Tonebreg', monachus nostre cathedralis ecclesie Roffensis, quem nuper in officio celerarie dicte nostre ecclesie prefecimus jure nostro, diem suum clausit extremum; [et] sunt frater Johannes de Renham, precentor ipsius ecclesie, ad celerarie, et frater Henricus de Hengeseye ad precentorie officia nobis per

priorem et capitulum ecclesie nostre predicte juxta consuetudinem ejusdem rite nominati; tibi committimus et mandamus quatinus prefatos fratres Johannem de Renham in celerarium, et Henricum de Hengeseye in precentorem ejusdem nostre ecclesie jure, vice et auctoritate nostris secundum morem hactenus approbatum preficias et in officia predicta inducas; contradictores et rebelles si quos inveneris per quascunque censuras ecclesiasticas canonice compescendo: ad que omnia et singula facienda et exercenda tibi tenore presencium committimus potestatem. Date apud Trottesclive vij°. Kalendas Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^. xl.^mo^. secundo.

Mar. 30.

[Ordination. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia Roffensem episcopum die Sabbati in vigilia Pasche, videlicet iij°. Kalendas Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

Apr. 1.

[Licence, by word of mouth, to John de Payneswik, rector of Hartley, to be absent for one year in the service of Sir Richard Talbot.]

Memorandum quod Kalendis Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo dominus concessit domino Johanni de Payneswik, rectori ecclesie de Hertlegh', licenciam oretenus obtentu literarum domini Ricardi Talebot, quod idem rector in obsequio dicti domini Ricardi stare possit per unum annum, ita quod sufficientem in sua ecclesia habeat procuratorem, et eidem ecclesie sue deserviatur laudabiliter in divinis.

Serjancia.

Apr. 24.

[Benet de Fulkstane is appointed cutter in the tailory *vice* Richard Rolf.]

viii°. Kalendas Maii anno domini proximo supradicto dominus contulit apud Trottesclive Benedicto de Fulkstane, clerico, serjanciam sissoris in sartoria ecclesie cathedralis Roffensis, vacantem per mortem Ricardi Rolf, ultimi serjanti in eadem, cum suis juribus et pertinenciis universis. Et mandavit eum induci per camerarium ecclesie predicte, qui tunc fuerat frater Willelmus de Bromfeld'.

[Fo. 197 b.]

Eylisford.

May 1.

[Collation of Robert Brotyn of Freckenham, chaplain, to Aylesford V. on the resignation of Hugh de Halum.]

Kalendis Maii anno domini millesimo ccc^mo. quadragesimo secundo in capella de Trottesclive dominus contulit Roberto Brotyn de Frakenham, capellano, vicariam ecclesie de Eylisford per resignacionem domini Hugonis de Halum, ultimi vicarii ejusdem, vacantem et ad suam collacionem spectantem, intuitu caritatis. Et juravit idem Robertus domino obedienciam in forma consueta [et] residenciam corporalem se facturum. Presentibus in resignacione hujusmodi, domino Willelmo de Middletone, rectore ecclesie de Snodelonde, domino Roberto Brundisch', fratre Willelmo Pepir, monacho Roffensi, Johanne de Gillyngham, et Johanne Mounte.

Prima Tonsura.

May 2.

First tonsure of William son of Robert Horde of Denton (*Denyntone*). Trottiscliffe chapel. vj. Non. May.

Apr. 2.

[Licence for Thomas de Rokeslee to have an oratory at Maplescombe for two years.]

iiij°. Nonas Aprilis anno proximo supradicto dominus concessit apud Trottisclive Thome de Rokeslee in capella sua de Mapelescompe, Roffensis diocesis, divina officia per biennium per quemcumque capellanum facere celebrari.

Procuratorium pro pensione de Lamheth'.

May 10.

[Appointment of Mr. William de Burnalstone and Mr. Stephen Northeye in all suits in the court of Canterbury against John de Colonia, rector of Lambeth, as to an annual pension of five marks due to the bishop.]

Universis pateat per presentes quod nos frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus in quibuscumque directe ac tuitorie appellacionis causis ac negociis ad curiam Cantuariensem delatis seu deferendis super quacumque spoliacione, subtractione seu solucionis dilacione indebita cujusdam pensionis annue quinque marcarum nobis et episcopis Roffensibus ab ecclesia de Lamhethe Wyntoniensis diocesis et ejus rectoribus, qui pro tempore fuerint, debite, necnon super quacumque molestacione, inquietacione seu turbacione in possessione nostra vel quasi juris percipiendi pensionem predictam nobis illata seu inferenda per nos contra magistrum Johannem de Colonia rectorem ecclesie de Lamheth predicta in prefata curia Cantuariensi motis seu movendis, quociens nos abesse vel eciam adesse contigerit, dilectos nobis in Christo

magistros Wilhelmum de Burnalstone et Stephanum Northeye clericos et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit condicio melior occupantis, nostros constituimus procuratores per presentes; dantes et concedentes eisdem et eorum cuilibet plenam potestatem et mandatum speciale nomine nostro in quibuscumque causis et negociis hujusmodi, ac dependentibus et emergentibus ex eisdem in predicta curia agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, litem contestandi, juramentum de calumpnia et veritate dicenda ac quodlibet aliud genus liciti juramenti in animam nostram prestandi, ponendi, posicionibus respondendi, testes et instrumenta producendi et exhibendi, crimina et defectus obiciendi et objectis respondendi, status nostri reformacionem simpliciter et ad cautelam et in integrum restitucionem, dampnorum estimacionem, expensas et interesse petendi et recipiendi, provocandi et appellandi, provocaciones et appellaciones notificandi, et innovandi, provocacionum et appellacionum causas prosequendi, alium procuratorem loco sui et eorum cujuslibet in premissis et eorum quolibet substituendi, substitutum hujusmodi revocandi ac procuratoris officium reassumendi, quociens et quando sibi et eorum cuilibet videbitur expedire; consenciendi insuper ut omisso cujuslibet appellacionis articulo in negociis principalibus que ex suggestionibus a curia Cantuariensi per nobis vel contra nos impetratis seu impetrandis de jure elici poterunt vel debebunt, in dicta curia procedatur, et in eisdem procedendi, ac omnia alia et singula faciendi et exercendi in premissis et ea contigentibus que per verum et legitimum procuratorem fieri poterunt vel exerceri, eciam si mandatum exigant speciale. Pro eisdem vero procuratoribus nostris et eorum quolibet necnon substituto ac substituendo quocumque ab ipsis et quolibet eorumdem rem ratam haberi et judicatum solvi promittimus, et exponimus cauciones sub rerum nostrarum omnium ypotheca; non intendentes mandatum aliquod cuicumque procuratori nostro per nos prius factum seu concessum per presens mandatum revocare quovis modo. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Date apud Trottesclive vi°. Idus Maii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

De Studendo.

May 17.

[Licence to Thomas Schepherde, rector of Foots Cray, to study at a university for one year.]

Memorandum quod xvj°. Kalendas Junii, anno domini proximo supradicto, dominus dispensavit cum Thoma dicto Scheperde,

rectore ecclesie de Fotescreye, Roffensis diocesis, ut a tempore date institucionis sue in ecclesia predicta studio literarum insistere valeret per annum continue numerandum, ubicunque in regno Anglie vigeret studium generale, nec interim in dicta sua ecclesia residere, nec ad ulteriorem quam ad subdiaconatus ordinem suscipiendum minime teneretur, ad quem quidem subdiaconatus ordinem infra annum a tempore institucionis predicte se faceret promoveri, juxta formam constitucionis super hoc edite: ita quod per bonum et sufficientem vicarium animarum cura diligenter excerceatur et eidem deserviatur laudabiliter in divinis. Et eodem die obtinuit literas dimissorias ad omnes ordines sacros.

[Fo. 198.]

Prima Tonsura.

May 25.

[First tonsure of twelve clerks at Trottiscliffe chapel. Names in digest.]

viij° Kalendas Junii, videlicet die Sabbati in septimana Pentecostes, anno domini millesimo, ccc^mo^. xlij°. in capella de Trottesclive ordinati fuerunt ad primam tonsuram infrascripti:—

Procuratorium in negocio de Lamheth.

May 10.

[General proxy for Masters William de Brunalstone and Stephen de Norheye in all cases and in all courts.]

Universis pateat per presentes quod nos frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, in omnibus causis et negociis nos quoquo modo tangentibus, motis et movendis coram quibuscumque judicibus ordinariis, delegatis, et eorum commissariis seu quamcumque jurisdiccionem, cohercionem, vel cognicionem habentibus, quibuscumque diebus et locis, quociens nos abesse vel adesse contigerit, dilectos nobis in Christo magistros, Willelmum de Brunalstone et Stephanum de Norheye, clericos, et quemlibet eorum insolidum ita quod non sit condicio melior occupantis, conjunctim et divisim nostros constituimus procuratores per presentes: dantes et concedentes eisdem et eorum cuilibet potestatem generalem et mandatum speciale nomine nostro agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, ponendi, posicionibus respondendi, crimina et defectus obiciendi, juramentum de calumpnia et veritate dicenda, necnon quodlibet aliud genus liciti juramenti in animam nostram prestandi, testes et instrumenta producendi et exhibendi, provocandi et appellandi, provocaciones et appellaciones notificandi

et innovandi, provocacionum et appellacionum causas prosequendi, a quibuscumque suspensionum, excommunicacionum, et interdicti sentenciis absolucionem, relaxacionem, seu revocacionem, ac status nostri reformacionem et integrum restitucionem, dampnorum estimacionem, expensas, et interesse petendi et recipiendi, quoscumque debitores nostros ut nobis de debitis eos contingentibus congrue satisfaciant, ac testes nobis necessarios vel utiles ut veritati testimonium perhibeant requirendi, et eisdem testibus ac eorum cuilibet viatica legittime offerendi et solvendi, alium procuratorem loco sui et eorum cujuslibet in premissis et quolibet premissorum substituendi, et eundem substitutum revocandi, procuratorisque officium reassumendi quociens et quando sibi et eorum cuilibet videbitur expedire: consenciendi insuper ut omisso cujuslibet appellacionis articulo in negociis principalibus que ex suggestionibus a curia Cantuariensi pro nobis vel contra impetratis vel impetrandis de jure elici poterunt vel debebunt, in dicta curia procedatur, et in eisdem procedendi, ac omnia alia et singula faciendi et expediendi que per verum et legitimum procuratorem fieri poterunt et expediri, eciam si mandatum exigant speciale: pro eisdem vero procuratoribus nostris et eorum quolibet, necnon substituto et substituendo quocumque ab ipsis et quolibet eorundem, rem ratam haberi et judicatum solvi sub ypoteca rerum nostrarum promittimus et exponimus cauciones: non intendentes aliquod mandatum cuicumque procuratori nostro per nos prius factum seu concessum per presens mandatum revocare quovis modo. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Date apud Trottesclive vj°. Idus Maii anno domini millesimo ccc°. xlij°.

Iselham.

June 21.

[Institution of John de Erpyngham to Little Isleham P. C. on the death of Walter de Eustone.]

xj°. Kalendas Julii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo in capella de Trottesclive dominus admisit dominum Johannem de Erpyngham, capellanum, ad perpetuam capellam de parva Iselham sue jurisdiccionis immediate, vacantem per mortem domini Walteri de Eustone, ultimi capellani ejusdem, ad quam per Martinum Bernard, verum eiusdem capelle patronum, extitit presentatus, et ipsum dominum Johannem capellanum perpetuum instituit in eadem. Et juravit idem dominus Johannes obedienciam in forma consueta.

[Fo. 198 b.]

Prima tonsura.

June 23.

[First tonsure of Thomas de Rokeslee.]

Item ix° Kalendas Julii anno proximo supradicto in capella de Trottesclive dominus ordinavit ad primam tonsuram clericalem Thomam de Rokeslee.

Iselham.

June 30.

Collation 'intuitu caritatis', of M. de Brundissch, chaplain, to Iselham V, vacant by the death of Walter de Eustone, in the bishop's gift. Oaths of obedience and residence. Trottesclive chapel, ij. Kal. Jul.

Codham.

Sept. 15.

[Dispensation to Ralf ate Doune, priest, rector of Cudham, to study for one year.]

Die dominica videlicet xvij. Kalendas Octobris anno proximo supradicto dominus dispensavit cum domino Radulpho ate Doune rectore de Codham presbitero ad studendum per annum unum.

Presentacio ad ecclesiam de Henle.

Sept. 18.

[Presentation by the bishop as patron of Henley R. (co. Oxford) of Jordan de Bixle, vicar of Minster-in-Thanet, who is exchanging benefices with the rector, John de Frendesbury.]

Venerabili in Christo patri domino Thome dei gracia Lyncolniensi episcopo, frater Hamo ejusdem permissione Roffensis episcopus, ecclesie de Henle vestre dyocesis patronus, salutem et fraternam cum reverencia debita caritatem. Cum dilecti nobis in Christo dominus Johannes de Frendesbery, rector ecclesie de Henle, vestre Lyncolniensis dyocesis predicte, et dominus Jordanus de Bixle, vicarius ecclesie de Menstre in Thaneto, Cantuariensis dyocesis, dicta sua beneficia certis et legitimis ex causis, libere, sine fraude et pravitate quacumque proponant, ut asserunt, canonice adinvicem permutare, dum tamen consensus et auctoritas illorum quorum interest interveniant in hac parte; nos frater Hamo episcopus Roffensis predictus, prefate permutacionis consensum quatenus ad nos pertinet adhibentes, ad eandem ecclesiam de Henle, per resignacionem dicti domini Johannis de Frendesbery nunc rectoris ejusdem

in sacras manus vestras faciendam vacaturam, et ad nostram presentacionem spectantem, dilectum nobis in Christo dominum Jordanum de Bixle supradictum vestre reverende paternitati canonice presentamus, humiliter supplicantes quatinus eundem dominum Jordanum, predicte permutacionis obtentu, ad dictam ecclesiam admittere et rectorem instituere dignemini in eadem, ceteraque peragere que ad vestrum noscuntur officium pertinere. Valeat vestra reverenda paternitas semper in domino Jesu Christo. Datum apud Trottesclyve xiiij. Kalendas Octobris anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Dispensacio rectoris de Offeham.

Sept. 20.

[Dispensation to Robt. de la Chambre, rector of Offham, subdeacon, to study for two more years.]

Die Veneris videlicet xij. Kalendas Octobris anno proxime supradicto dominus dispensavit cum Roberto de la Chambr' rectore ecclesie de Offeham, subdiacono, ad studendum per biennium ultra biennium alias sibi concessum.

Prima tonsura.

Sept. 21.

Die Sabbati quatuor temporum videlicet xj. kalendas Octobris anno proxime supradicto ordinati fuerunt ad primam tonsuram apud Trottesclyve, Ricardus Scot, Johannes Scarbigg, Thomas Ipres, de Shorne.

Cantaria manerii de Scottegrove.

Oct. 4.

Institution of Adam atte Well of Bixle, priest, to chantry of Scotgrove manor, vacant by resignation of Robt. de Oddeworth: patron, William Wavre. Oath of obedience. Trottesclyve, Friday, 4 Non. Oct.

Licencia specialis ad celebrandum in oratoriis.

Oct. 6.

[Special licence to John de Cobeham, kt., to have mass celebrated in any oratory on his manors, provided parochial rights are not prejudiced.]

Frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, dilecto in Christo filio Johanni de Cobeham militi salutem, graciam, et benediccionem. Ad generosam honestatem et devocionem tuam

laudabilem quam in divinis officiis habere dinosceris paterni favoris intuitum convertentes, tuis suplicacionibus inclinati, ut in singulis oratoriis infra tua maneria nostre diocesis situatis, ad cultumque divinum congrue preparatis, per quemcumque capellanum ydoneum missas facere valeas celebrari quociens pro te, conjuge, liberis, familiaribus, vel amicis tuis honestis presentibus tibi videbitur necessarium vel eciam oportunum, dum tamen id in prejudicium non cedat parochialis ecclesie in cujus parochia oratorium hujusmodi fuerit constitutum quo celebracionem hujusmodi fieri contigerit, ac rectoris seu vicarii ejusdem loci concurrat assensus, tam tibi quam cuicumque capellano hujusmodi celebranti licenciam tenore presencium concedimus specialem, donec eam duxerimus revocandam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus his apponi. Date apud Trottesclive ij°. nonas Octobris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

[Fo. 199.]

Wolewych.

Oct. 8.

[Robert de Brundisch, rector of Woolwich, is condemned to pay his successor Simon £1. 3. 4. for dilapidations.]

Memorandum quod die Martis videlicet viij. Idus Octobris anno domini m°.ccc^mo^. xlij. venerabilis pater Hamo dei gracia Roffensis episcopus, in capella manerii sui de Trottesclyve sedens pro tribunali condempnavit dominum Robertum de Brundissch in viginti tribus solidis et quatuor denariis pro defectibus repertis in rectoria ecclesie de Wolewich qui tempore ipsius domini Roberti dum fuit rector de Wolewich contigerunt, solvendis domino Simoni nunc rectori ecclesie predicte pro equali porcione ad festum Purificacionis beate Marie et ad festum Pasche proxime futurum. Presentibus in premissis partibus predictis ac domino Thoma de Alkham et fratre Willielmo Peper monacho Roffensi.

Lamheth'.[1]

Oct. 10.

[Receipts for the arrears of the annual pension of five marks due from John de Colonia, rector of Lambeth, since Michaelmas, 1338, and for the payment due at Michaelmas last.]

Pateat universis per presentes quod nos, frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, recepimus a magistro Johanne

[1] *In margin*: Nota bene.

de Colonia, rectore ecclesie de Lamheth', Wyntoniensis diocesis, viginti marcas sterlingorum, de arreragiis cujusdam annue pensionis quinque marcarum sterlingorum nobis et Roffensi episcopo qui pro tempore fuerit debite persolutas: videlicet de termino festi sancti Michaelis anno domini m°.ccc. tricesimo octavo, et termino Pasche proxime tunc sequentis, quinque marcas: et de termino festi sancti Michaelis quod erat anno domini m°. ccc^mo. tricesimo nono, et termino festi Pasche proximo sequentis quinque marcas: et de termino festi sancti Michaelis quod erat anno domini m°. ccc^mo. quadragesimo et de termino festi Pasche proxime tunc sequentis, quinque marcas: et de termino festi sancti Michaelis quod erat anno domini m°. ccc. quadragesimo primo, et de termino festi Pasche proxime tunc sequentis, quinque marcas. In quibus quidem viginti marcis idem rector per presidentem curie Cantuariensis nuper nobis extitit condempnatus. De quibus eciam viginti marcis nobis debitis, ut premittitur, nos Roffensis episcopus predictus, predictum rectorem quietum facimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Date apud Trottesclyve, vij. Idus Octobris, anno domini m°. ccc. quadragesimo secundo.

Pateat universis per presentes quod nos, frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, recepimus a magistro Johanne de Colonia, rectore ecclesie de Lamheth', Wyntoniensis diocesis, triginta tres solidos et quatuor denarios sterlingorum in partem solucionis quinque marcarum annue pensionis nobis ab ecclesia de Lamheth' predicta debite: videlicet pro termino festi sancti Michaelis ante datam presencium ultimo preterito. De quibus quidem triginta tribus solidis et quatuor denariis nobis pro dicto termino persolutis nos rectorem predictum quietum facimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Date apud Trottesclyve. vj. Idus Octobris, anno domini m°. ccc^mo. quadragesimo secundo.

Prefeccio decani Roffensis.

Oct. 9.

[Robert, vicar of Kingsdown, is made dean of Rochester in succession to John de Bosgate, vicar of Higham.]

Item memorandum quod vij. Idus Octobris, videlicet die sancti Dyonisii anno domini proximo supradicto, in capella de Trottesclive, dominus Johannes de Bosgate, vicarius ecclesie de Heigham, decanus de Roffa, liberavit domino episcopo sigillum decanatus Roffensis. Et dominus episcopus predictus prefecit in

predicto officio decanatus Roffensis dominum Robertum, vicarium de Kyngesdoun', et sigillum officii hujusmodi sibi tradidit. Et idem dominus Robertus corporale prestitit juramentum quod officium hujusmodi fideliter exequetur, et certificabit et alia faciet que ad officium pertinent supradictum.

Netelestede.

Oct. 26.

Institution of William de Pympe, clk. to Nettlestead R. by proxy, Thomas le Hore. Patron: Philip Pympe. Oath of obedience by proctor. Halling. Saturday, vij. Kal. Nov.

Prohibicio.

Sept. 1.

[Prohibition to the bishop to institute to Nettlestead R. pending an action between John de Colonia and Philip de Pympe, kt. as to the advowson.]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia Roffensi episcopo salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de Nettlested, que vacat ut dicitur, et de cujus advocacione contencio mota est in curia nostra inter Johannem de Colonia et Philippum de Pympe, chivaler, donec discussum fuerit in eadem curia ad quem illorum pertinet ejusdem ecclesie advocacio. Teste me ipso apud Turrim Londonie primo die Septembris, anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero Francie tercio.

Non obstante reclamacione.

Oct. 21.

[Writ requiring the bishop to admit the presentee of Philip Pympe to Nettlestead R., since he has recovered the presentation against John de Colonia and Dulcia his wife.]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi, salutem. Sciatis quod Philippus de Pympe, chivaler, in curia nostra coram justiciis nostris apud Westmonasterium per consideracionem ejusdem curie nostre recuperavit presentacionem suam versus Johannem de Colonia et Dulciam uxorem ejus ad ecclesiam de Nettlested', que vacat et ad suam spectat donacionem, ut dicit. Et ideo vobis mandamus quod non obstante reclamacione predictorum Johannis et Dulcie ad presentacionem predicti Philippi ad predictam ecclesiam idoneam personam admittatis. Teste J. de Stonore

apud Westmonasterium xxj. die Octobris anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero nostri Francie tercio. Ro. cxl.

Breve regium super mutuo.

Nov. 16.

[Writ requesting the loan of £100 on the security of the next payment of a tenth towards the expenses of the expedition to Brittany.]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri . . eadem gracia Roffensi episcopo, salutem. Quia pro defensione regni nostri Anglie et jurium nostrorum recuperacione jam in partibus amplicuimus Britannie, et favente domino felicis expedicionis nobis arridet spes propinqua, et solus nobis superest pecunie jam defectus; specialius quo possimus vos rogamus quatinus centum libras nobis in subvencionem expensarum nobis in presenti progressu nostro iminencium mutuare velitis, quas de primis denariis levandis de decima annali per vos et alios prelatos provincie Cantuariensis, vestri gracia gratanter concessa, volumus integraliter vobis solvi, sicut dilectus clericus noster, Edmundus de Gremesby, lator presencium, quem ad vos mittimus ex hac causa, vobis ostendet plenius viva voce; cui super hoc credere, et petitis per eum in hac parte velitis, petimus, condescendere graciose, et nobis cito super hoc remittere vestra beneplacita per eundem. Teste Edwardo duce Cornubie et comite Cestrie, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Kenyngton'. xvj. die Novembris, anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero nostri Francie tercio.

[Fo. 199 b.]

Litera regine super eodem.

Nov. 15.

[Letter from queen Philippa to the same effect.]

Au reverent piere en dieu et nostre cher ami . . par la grace de dieu evesque de Roucestre, Philippe par la meisme grace reine Dengleterre, dame Dirlaunde, et duchesse Daquitaine, saluz et cheres amisteez. Come nostre trescher seignur le roy soit ja passez la mier, et arrivez in Bretaine od tout son houst en sauvete, dieux en soit graciez, et chivalchait sur lesploit de sa guerre leandroites, aussibien pur son droit conquerre come pur la caucion et defense de meisme ce realme, si que ales bones novelles que nous avoms de lui, la, dieu merci, ses busoignes se taillent illoeques par si gracious comencement, que nous esperoms den avoir melloures

novelles de jour en autre, od laide de dieu, par issi qil puisse estre eidez par temps daucun confort de deniers pur lui et ses bones gentz iloeques; vous prioms si trescherement de cuer come nous unques pooms, qeiant regard a lesperance qil y ad de bon esploit sur ce bon comencement et au desconfort qil y averoit, qe dieu ne voillez, si aucun eide de deniers ne lui viegne par temps de decea, desicome il namesna guaires ovesqe lui, voillez bonement octroier la priere qe nostre dit seignur vous fait par ses lettres, de lui aprester cent livers a cesti son busoign sur la disme annuale ore darrein grantee par vous et autres prelatz de la province de Canterbir', de quele disme les dites cent li. vous serront payees de primers deniers surdantz dycele deinz vostre dyocise. Si ne lui en voillez failler sicome vous amez lonur et lesploit de lemprise meisme nostre seignur, et qil et nous et les soens soioms le plus tenuz affaire chose vous purra plerre apres ces heures. Et par voz lettres et par le portour de cestes nous voillez remander ce qe vous en plerra faire. Reverent piere, dieu vous voille touz jours garder. Escrites a la Tour de Londres le xv. jour de Novembre.

Litera ducis Cornubie super eodem.

Nov. 18.

[Letter of privy seal from the keeper of England to the same effect.]

Edward esnez fils a noble roy Dengleterre et de France, ducs de Cornewaille, counte de Cestre, et gardein Dengleterre, a honurable piere et nostre en dieu sire, H. par la grace de dieu evesqe de Roucestre, saluz. Porce qe nostre trescher seignur et piere le roy, pur la salvacion de ceste terre et pur purchacer ses droitoures en roialme de France, est passe la mier et arrivez en Bretaigne od tout son houst, sain et sauf dieu merci, et quide a ceste foitz od laide de dieu faire bone busoigne a honur et profit de lui et de toutz les soens; sil eust de deniers pur sustenance de son houst, quar[1] selonc les novelles qe nous veignent les choses se taillent illoeqes molt gracieusement pur lui, dieux en soit ⟨loue⟩ a houres: si vous prioms si cherement come nous plus pooms, qe eantz regard a sa grant necessite et a bone esperance qe hom ad en present de son bon esploit, voillez bonement octroier, et le plus graciousement par enchaison de nous et de les prieres nostre dit seignur et piere le roi qe vous vienent par ses lettres, de lui aprester cent livers sur la disme annuale qe vous et autres prelatz de la province de Canterbiers lui grantastes nadgairs, les vous mercies, de quelle disme les

[1] *MS.* q'.

cent livers dessuisdites vous serront paiez des primers deniers qe serront levez en vostre diocise de la disme avantdite. Et par ceste cause nous voloms estre tenuz a faire de bone volunte les choses dount vous nous requerrez en temps avenir. Et vostre graciouse response nous voillez faire a savoir par le portour de cestes. Nostre seignur vous guart. Done souz nostre prive seal a nostre manoire de Kenyngton le xviij. jour de Novembre.

Excusacio super mutuo predicto faciendo.

Nov. 24.

[The bishop replies to the queen that he is so impoverished by his previous loan, the cost of finding seamen and coast-guards, tenths and ninths, and the small value of his property, that he cannot make the required loan.]

A tresexcellente dame madame Philippe, par la grace de dieu roine Dengleterre, dame Dirlaunde, et duchesse Daquitaine, soen chapeleyn evesqe de Roucestre sei recomaunt ove dues reverences et devoutes oreisouns, Ma treshonurable dame, endroit del aprest faire a nostre seignur le roi, de quel nous avez mande par voz lettres et sire Edmoun de Grymesby, vous pleise savoir qe la prest qe fait avoms au dit nostre seignur le roy avant ces houres, gentz darmes sur la mier et sur la costiere, charges des dismes et noevismes des garbes et des leynes, et la petite value des nos biens, et autres divers charges qe nous pressent en ces dures anees, et nous ount faitz si nounpuissantz qe nous ne pooms parfere vostre comaundement del dit aprest a ceste foitz, de qoe moult nous poise. Mes en eiaunt grant desir de faire le profit et le honur nostre dit seignur le roy en taunt come nous pooms, nous aforceroms de paier la disme dereinement grantee as termes de queux nous sumes requis par bref nostre seignur avantdit en tant come touche nostre persone a ceux qi a ceo serront deputez en nostre diocise. Sur quei prioms humblement a vostre tresnoble hautesse qil vous pleise nous aver pur escusez graciousement a ceste foitz. Ma tresnoble dame, le seint esprit soit guarde de vous a longe duree en toutes prosperites et honurs. Escrites a Hallyng le xxiiij. jour de Novembre.

[Fo 200.]

Amico de eodem.

1342.

Nov. 24.

[The bishop sends the preceding letter, with a copy, to a friend at Court, requesting his good offices with the Queen and the Keeper of the Realm.]

Salutem cum benediccione altissimi et votivis affectibus complacendi. Mittimus discrecioni vestre, nobis karissime, nostras literas responsales domine nostre regine Anglie super petito a nobis mutuo de quo nostis, directas, ipsi domine regine per vos si libeat porrigendas, quarum eciam copiam vobis transmittimus cum eisdem ut per eam informari possitis super excusacionibus nostris inibi comprehensis, per vestram prudenciam et vive vocis oraculum tam ipsi domine regine quam coram domino duce Cornubie et cancellario Anglie juxta suarum exigenciam literarum plenius ac graciosius exponendis, vestram direccionem gratissimam votive rogantes quatinus in hiis et aliis nos concernentibus, sicut hactenus, licet absque meritis, sentire possimus vestri laboris operam fructuosam. Valeat in Christo vestra amicicia cum honoris et gracie incrementis. Datum apud Hallyng' xxiiij. die mensis Novembris.

Certificatorium super anticipacione terminorum decime annalis.

Nov. 28.

[In reply to a writ requesting his consent to the shortening of the terms of payment of the last granted clerical tenth, to which the archbishop and other bishops in council at Westminster have provisionally agreed, and asking him to obtain the consent of the clergy in his diocese; the bishop agrees for himself to the proposed terms, viz. Christmas and Whitsuntide next, but says that he cannot obtain the consent of his clergy.]

Excellentissimo principi et domino nostro, domino Edwardo dei gracia regi Anglie et Francie illustrissimo ac domino Hibernie, suus capellanus humilis, frater H. permissione divina Roffensis episcopus, salutem in rege regum altissimo cum omni reverencia tam debita quam devota. Scire dignetur excellencia regia quod breve vestrum nuper recepimus in hec verba:—

Oct. 20.

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi, salutem. De decima annali nobis per vos et prelatos ac clerum diocesis et provincie Cantuariensis jam concessa de novo vobis grates referimus speciales. Verum quia termini solucionis dicte decime, considerata necessitate nostra, sunt prolixi, et propter hoc venerabiles patres archiepiscopum Cantuariensem et alios episcopos in fine consilii nostri apud Westmonasterium ultimo convocati existentes requiri fecimus et rogari terminos dicte solucionis anticipare, ita quod in festis Natalis domini et Pentecostes proximo

futuris per equales porciones dicta decima ad opus nostrum levetur et solvatur, qui sui gracia id benivole concesserunt, dum tamen vobis et aliis confratribus suis tunc absentibus placeat facere illud idem; specialiter vos rogamus quatinus dicte anticipacioni gratanter consentire velitis, ⟨et⟩ convocato statim clero vestre diocesis ipsos viis et modis quibus poteritis cum omni festinacione efficaciter inducatis, rescribentes nobis celeriter id quod feceritis in hac parte; sciturі quod ex hoc vobis specialiter reputabimus nos[1] teneri. Teste Edwardo duce Cornubie et comite Cestrie, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Kenyngton, xx. die Octobris anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero nostri Francie tercio.

Nov. 28.

Nos igitur, votis regiis pariter et commodis optantes annuere juxta vires, anticipacioni predicte eo modo quo prelati in vestro presentes consilio apud Westmonasterium convocato concesserunt, eandem, et quantum nostram concernit personam, gratanter duximus annuendam, pecuniamque nos contingentem collectoribus ad hoc in nostra diocesi deputandis ad predictos terminos anticipandos in eventum proporcionaliter exsolvi faciemus. Clerum vero nostre diocesis predicte specialiter occasione premissa fecimus convocari, ac exhortacionibus allectivis efficaciter induci quatinus eidem anticipacioni modo consimili consentirent; qui nobis humiliter responderunt, asserentes quod tam variis imposicionibus hactenus onerati quam bonorum suorum capcionibus per magnatum ministros factis pregravati existunt, tantaque sit depauperacio populi propter quam jurium ecclesiasticorum et obvencionum gratuitarum subtraccio inolevit hiis diebus quod vix sufficit idem clerus ad solucionem decime in preconcessis terminis faciendam. Regiam idcirco clemenciam clerus implorat antedictus, quatinus suam impotenciam ab anticipacione predicta dignetur habere misericorditer excusatam. Magestatem regiam dirigat altissimus ad ecclesie et populi Christiani proteccionem et regimen diebus prosperis pariter et longevis. Scriptum apud Hallyng' xxviij. die mensis Novembris anno domini millesimo ccc^mo. xlij^o.

Litere ducis Cornubie super anticipacione predicta.

Oct. 22.

[Letter of privy seal from the duke of Cornwall to the same effect as the writ of Oct. 20.]

---

[1] MS. vos.

Edward, eisnez filz au noble roi Dengleterre et de France, ducs de Cornwaille, counte de Cestre, et gardein Dengleterre, al honurable piere en dieu sire Hamon, par la grace de dieu evesqe de Roucestre, saluz et cheres amisteez. Nous avoms bien entenduz del aide a nostre tresredoute seignur et piere le roi grantee par assent de vous et autres de la clergie a ceste darreine assemblee a Londres, et vous ent mercions ent tant come en plus pooms. Mes purce qe les termes du paiement de meisme cel aide sount si longs qe nostre dit seignur et piere le roi et autres grantz auxibien de son linage come autres esteantz en sa compaignie, qi se [Fo. 200 b.] ount mys en aventure et en la grace | de dieu pur la defense et sauvete de roialme Dengleterre purreient cheir en daunger, que dieu defende, devant qils feussent par le dit aide confortez, nous meismes en propre persone avons sur se parle al honurable piere en dieu lercevesqe de Canterbers et a noef evesqes de sa province qi furent toutz en conseil a Westmouster ou nous meismes estienz presentz le jour de la fesance de cestes, en priant qe eux meisme par les resons desusdites vousissent assentir et faire tant devers la clergie de lur diocises qils assentissent qe plus brefs termes du paiement fussent acordez. Et les priasmes qe le primer terme du paiement purreit estre a la feste de Noel preschein a venir et lautre terme a Pentecoste preschein ensuant. A le qele nostre preiere ils nous responderent qe pleusurs prelatz et autres de la clergie estoient partiez par quei ils ne poient doner respounse en certein. Mes ils nous disoient trestouz dun acord qe eux, tant come en eux est, se acorderent as ditz termes, et qe chescun de eux ferroit assembler la clergie de sa diocise et ferroient a lour pouair qils se acordereient, parensi qe vous et autres absentez vorreiez assentir. Sur quei vous prions et requerons si cherement come plus poons de tout nostre cuer, et sicome nous savons bien qe vous amez nostre dit seignur et piere le roi et son honur, qe vous, eantz regard a les choses desusdites en droit de vous meismes as ditz termes voillez assentir, et taunt faire vers la clergie de vostre diocise qe a ce se voillent acorder. Et ce qe vous ent averez fait nous voillez a toute la haste qe vous purrez par vos lettres signefier. Nostre seignur soit garde de vous. Done souz nostre prive seal a nostre manoir de Kenington' le xxij. jour Doctobre.

[Fo. 200 b.]

Responsio ad literas ducis predicti.

Nov. 28.

[The bishop replies that he is willing to anticipate the terms of payment so far as his own property is concerned, but that the clergy of the diocese, whom he

has assembled, say that they will find it very hard, owing to previous impositions and the general poverty, to pay at the terms originally fixed, and can do no more.]

A son tresnoble et treshaut seignur, au tresexcellent prince nostre seignur roi Dengleterre et de France filz eisnez, duc de Cornwaille, counte de Cestr', et gardeyn Dengleterre, frere Hamon par la suffraunce de dieu evesqe de Roucestr', humblement se recomaunt ove toutes reverences et honurs. Treshonurable seignur, nous avons nadgaires receuz vos lettres contenauntes entre autres choses qe a vostre requeste en le derein consail a Westm' nostre honurable piere lercevesqe de Canterbier' et plusours autres evesqes de sa province assentirent et en tant come en eux feust se acorderent qe la disme grantee en le dit consail a nostre seignur le roi en ayde de luy par la clergie de la province de Canterbier' feust paie as termes de Noel et Pentecost precheines a venir, et qe eux ferroient assembler la clergie de lur diocises et ferroient a lour poer quils se acordereient, parensi qe nous et autres prelatz et ⟨autres⟩ de la clergie absentz vorreioms assentir. Sur quei, treshonure seignur, nous deignastes requere par vos dites lettres qe nous en droit de nous meismes volioms as ditz termes assentir, et tant faire vers la clergie de nostre diocise qe a ceo se vodroient acorder. Endroit de queles vos lettres, tresnoble seignur, pleiser vous soit benignement entendre qe nous disirauntz le honur et le profit nostre dit seignur le roy et de otreier a voz requestes, queles nous tenoms en si graunde reverence come comandementz nostre seignur, en taunt come nous pooms, voloms et nous assentoms en la forme qe autres prelatz en le dit consail presentz soi assentirent de paier la disme grantee en le dit derain consail tant come ele regard nous et nos possessions en les ditez termes de Noel et Pentecost, quex vous avez demandez a ceux qi serount deputez en nostre diocise de Roucestr' a quiler la disme avandite. Et a granter semblable paie as termes avantdites, avoms fait assembler nostre clergie de nostre dite diocise et les exciter en toutes les bones maneres qe nous poioms qils endroit de eux a ceo vodrient acorder. Qi nous respondirent humblement, ove dolorouse compleynte, qe pur divers taylages et charges qils ount suffert avant ces heures, et pur prises faites de lur biens par ministres des grands, et pur enpoverissement de poeple des qi biens ils vivent, a graunt peyne peust la dite clergie de nostre diocise suffire a paier la dite disme as termes par eux primes assignez, de quei requirent treshumblement qe endroit de la dite anticipacion les deignez aver, par lour noun puissance, graciousement escusez. Le seint espirit soit garde

de vous, treshonure seignur, a sa greable pleysaunce et vos honurs a longe duree. Escripte a Hallyng', le xxviij. jour de Novembre.

Breve regium de veniendo ad consilium.

Nov. 20.

[Writ of summons to a council at Westminster on 14 December, 1342.]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi, salutem. Quia jam super expedicione guerre nostre sub spe felicis eventus agimus in remotis, et super quibusdam tam personam nostram quam statum et bonum regimen regni nostri
[Fo. 201.] Anglie summe concernentibus vestrum | habere vellemus auxilium et consilium providum et festinum, intime vos rogamus mandantes quod die Sabbati in crastino sancte Lucie proxime futuro sitis personaliter apud Westmonasterium, ibidem cum Edwardo filio nostro carissimo, duce Cornubie, custode Anglie, et aliis de consilio nostro super hiis tractaturi, vestrumque consilium et auxilium, prout requiret dictorum negociorum qualitas, impensuri. Et hoc, sicut nos et honorem nostrum et expedicionem nostram diligitis, nullatenus omittatis. Teste prefato custode apud Kenyngton' xx. die Novembris, anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero nostri Francie tercio.

Litere ducis super eodem.

Nov. 23.

[Letters under the privy seal of the duke of Cornwall reinforcing the king's writ.]

Edward oisnez filz au noble roy Dengleterre et de France, ducs de Cornwaille, counte de Cestre, et gardeyn Dengleterre, a lonurable piere en dieu levesqe de Roucestre, salutz. Purce qe le brief de nostre tresdoute seignur et piere le roi vous vient destre a Westmouster lendemain de seinte Lucie preschein a venir, a traiter ensemblement od nous et autres du conseil sus aucunes choses chargeantes touchantes aussibien lestat et la persone nostre dit seignur et piere le roi come la sauvete de ceste terre, vous prioms cherment qe totes autres choses lesses voillez estre ad ditz jour ⟨et⟩ lieu a mettre vostre bon conseil et aide es choses dessusdites. Et ce ne voillez lesser, sicome nous savoms bien qe vous amez lonur de nostre dit seignur et piere et le vostre et la sauvacion de la terre. Nostre seignur soit garde de vous. Done souz nostre

prive seal a nostre manoir de Kenyngton, le xxiij. jour de Novembre.

Excusacio interessendi consilio predicto.

Dec. 9.

[The bishop begs to be excused on the score of age and sickness.]

Excellentissimo principi ac domino suo, domino Edwardo dei gracia regi Anglie et Francie illustri ac domino Hibernie, Hamo permissione divina Roffensis episcopus, salutem in eo per quem reges regnant et principes dominantur. Quia ad consilium vestrum die Sabbati in crastino sancte Lucie virginis proximo futuro apud Westmonasterium tenendum, una cum serenissimo principe domino Edwardo filio vestro primogenito, duce Cornubie, comite Cestrie, et custode Anglie, ac aliis personaliter interesse non valemus, senili impotencia et gravi invaletudine prepediti, regiam clemenciam humiliter exoramus quatinus nostram absenciam in hac parte necessitate urgente causatam habere dignetur favorabiliter excusatam. Incolumitatem vestram salutis auctor conservet illesam cum prospera dierum longitudine et honore. Scriptum apud Hallyng' ix°. die mensis Decembris, anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

Commissio ad levandam decimam.

Dec. 12.

[Commission, by virtue of the king's writ of Nov. 30, received Dec. 10, to the prior and chapter of Rochester to collect the tenth of ecclesiastical benefices granted for one year by the clergy of the province of Canterbury in the recent convocation at St. Paul's, in two instalments payable at Lady day and Midsummer, 1343, respectively.]

Frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, dilectis in Christo filiis priori et capitulo ecclesie nostre cathedralis Roffensis, salutem graciam et benediccionem. Breve regium iiij^to^. Idus Decembris ultimo preterito recepimus in hec verba :—

Nov. 30.

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi, salutem. Cum vos et ceteri prelati ac clerus Cantuariensis provincie nobis in subsidium expensarum quas circa recuperacionem jurium nostrorum in partibus transmarinis facere nos oportet, in ultima congregacione vestra in ecclesia sancti Pauli Londonie quandam decimam annalem de vestris et ipsorum beneficiis ecclesiasticis concesseritis solvendam, videlicet unam medietatem in festo Annunciacionis dominice proximo futuro et aliam medietatem in festo

nativitatis sancti Johannis Baptiste proximo sequente; nos volentes de dicta decima responderi, vobis mandamus quod aliquos viros fidedignos de quibus confiditis ad denarios de eadem decima provenientes in diocesi vestra ad opus nostrum levandos et colligendos et ad acquietancias de denariis per ipsos percipiendis, licet ante terminos statutos recepti fuerint, faciendas, absque dilacione aliqua assignetis. Ita quod predicti assignati dictos denarios de decima predicta provenientes ad terminos predictos, vel ad alios breviores terminos si clerus dicte vestre diocesis terminos illos juxta rogatum nostrum vobis inde factum anticipare concesserit, nobis solvant. Et de nominibus illorum quos ad dictam decimam in diocesi vestra predicta sic colligendam et levandam duxeritis deputandos, et de anticipacione terminorum predictorum, si concessa fuerit, thesaurarium et barones nostros de scaccario sub sigillo vestro cum celeritate qua poteritis reddatis cerciores, mandantes ulterius sic prefatis assignatis quod nos de nominibus illorum qui ante terminos statutos decimam predictam sic solverint certificent, et nobis dictam decimam sic receptam mittant indilate. Et hoc, sicut nos et honorem nostrum et expedicionem nostram diligitis, modis omnibus faciatis. Teste Edwardo duce Cornubie et comite Cestrie, filio nostro carissimo, custode Anglie, apud Kennyngton', xxx. die Novembris anno regni nostri Anglie sextodecimo, regni vero nostri Francie tercio.

Dec. 12.

Hujus igitur auctoritate brevis regii vos, de quorum fidelitate et industria circumspectis plenam fiduciam gerimus, ad levandum et colligendum ad opus domini nostri regis predicti, tam in nostris civitate et diocesi Roffensibus quam in decanatu de Iselham nostre jurisdiccionis immediate, omnes denarios de dicta decima in dicto brevi contenta provenientes ad terminos predictos statu-
[Fo. 201 b.] tos, vel ad alios breviores | terminos si clerus nostre diocesis terminos illos juxta rogatum domini nostri regis nobis factum anticipare concesserit, et ad acquietancias de denariis per vos recipiendis et ad opus domini nostri regis solvendis, licet ante terminos statutos recepti fuerint, faciendis, assignamus, et vos ejusdem decime collectores tenore presencium deputamus, vobis firmiter injungentes quatinus dictum breve regium, quatenus ad vos attinet, in omni sui parte diligencius exequentes, quascunque personas ecclesiasticas nostre jurisdiccioni subjectas moneatis et efficaciter inducatis, moneri et induci ut convenit faciatis, ut decimam hujusmodi de bonis et beneficiis suis ecclesiasticis, prout ad eorum singulos attinet, terminis sibi per nos proinde statuendis

exsolvant indilate. Alioquin omnes et singulos qui vestris, immo verius nostris monicionibus in hac parte non paruerint ut tenentur, ad hujusmodi decimam solvendam per quascumque censuras ecclesiasticas arcius compellatis, et dictum dominum nostrum regem de nominibus illorum qui ante terminos statutos decimam predictam sic solverint certificetis, et eidem dictam decimam sic receptam mittatis indilate, prout tenor dicti brevis exigit et requirit. Ad que omnia et singula facienda vobis cum cohercionis canonice potestate committimus vices nostras quousque easdem duxerimus revocandas. Quid autem feceritis faciendumve duxeritis in premissis nos citra festum sancti Johannis Baptiste proximo futurum certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes. Date apud Halling' ij. Idus Decembris, anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

Litera decano de Iselham ad solvendum decimam priori et capitulo Roffensi.

Dec. 13.

[The dean of Isleham is instructed to direct the clergy of his deanery to pay the tenth to the prior and chapter of Rochester.]

Frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus discreto viro decano de Iselham nostre jurisdiccionis immediate, salutem, graciam, et bennediccionem. Breve domini nostri regis iij^o^ Idus Novembris (*sic*) ultimo preterito recepimus in hec verba:— Edwardus dei gracia etc. ut supra. Cum igitur religiosos viros priorem et capitulum ecclesie nostre cathedralis Roffensis ad levandum et colligendum ad opus dicti domini nostri regis tam in nostris civitate et diocesi Roffensibus quam in decanatu de Iselham nostre iurisdiccionis immediate omnes denarios de huiusmodi decima provenientes assignaverimus, et ejusdem decime deputaverimus collectores, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus omnes et singulos viros ecclesiasticos in dicto decanatu de Iselham existentes moneatis et efficaciter inducatis ut decimas hujusmodi ipsos et eorum singula bona et beneficia ecclesiastica in dicto decanatu de Iselham contingentes prefatis collectoribus infra vel ad terminos infra statutos exsolvant ut tenentur. Alioquin ipsos ad hujusmodi decimas solvendas per censuras ecclesiasticas compellatis. Quid autem feceritis in premissis nos ante dictum festum nativitatis sancti Johannis Baptiste certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes. Date apud Hallyng' Idibus Decembris, anno domini millesimo ccc^o^, quadragesimo secundo.

Certificatorium de nominibus collectorum decime predicte.

Dec. 15.

[The bishop notifies the treasurer and barons of the exchequer that he has appointed the prior and chapter collectors.]

Nobilibus ac discretis viris thesaurario et baronibus de Scaccario excellentissimi principis et domini nostri domini Edwardi dei gracia regis Anglie et Francie illustris et domini Hibernie, frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus, salutem [1] in omnium salvatore. Breve domini nostri regis predicti recepimus in hec verba;—Edwardus dei gracia etc. ut supra. Cujus auctoritate brevis regii priorem et capitulum ecclesie nostre cathedralis Roffensis ad colligendum et levandum denarios de dicta decima annali in diocesi nostra Roffensi ac eciam in decanatu de Iselham nostre jurisdiccionis immediate assignavimus, prout in similibus fieri consuevit, ejusdemque decime deputavimus collectores secundum formam brevis antedicti. Ita quod denarios de dicta decima provenientes ad terminos predictos vel ad alios breviores terminos, si clerus dicte nostre diocesis terminos illos anticipare concesserit, domino nostro regi predicto persolvant. Mandavimus eciam prefatis sic assignatis quod vos de nominibus illorum qui ante terminos statutos decimam predictam sic solverint certificent, et decimam sic receptam vobis mittant indilate. Vos conservet altissimus diu prosperos et felices. Scriptum apud Hallyng' xviij. Kalendas Januarii, anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo secundo.

Pro oratorio habendo.

s.d.

[Licence during pleasure, for not more than two years, to John ate Celere of Wouldham to have an oratory in his house, which is distant from the parish church, and a priest to celebrate mass.]

Frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus dilecto filio Johanni ate Celere de parochia de Woldeham, nostre diocesis, salutem, graciam, et benediccionem. Devocionem tuam laudabilem, quam in audiendis divinis officiis habere dinosceris, et localem distanciam ecclesie parochialis predicte a manso tuo infra dictam parochiam situato quo larem continue fovere diceris attendentes ; tuis devotis supplicationibus favorabiliter inclinati, ut in oratorio mansi tui predicti decenter preparato missam per quemcunque presbyterum ydoneum quociens racionabiliter indigueris facere valeas celebrari, dum tamen in prejudicium non cedat parochialis

[1] cum benediccione dextre dei *underlined for omission.*

ecclesie memorate, licenciam tam tibi quam cuicunque presbytero hujusmodi celebranti tenore presencium concedimus specialem, usque ad biennium duraturam nisi interim eam duxerimus revocandam. Date . . .[1]

[Fo. 202.]

Provisio in forma pauperum Johannis de Depedene.

June 25.

[Papal provision with *anteferri* clause, to John de Depedene, of London, a poor clerk, whom the pope's examiners have found to be sufficiently literate, of a benefice in the diocese of Rochester, where John has chosen his domicile, not exceeding 15 marks in value without cure, or 20 marks with, and not in a Cathedral Church, in the gift of the prior and chapter of Rochester, notwithstanding any papal privileges they may have. The bishop is to execute the provision if he find John to be of good character and unbeneficed. He must accept the benefice within one month of its voidance and undertake to be duly ordained and to reside.]

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili patri episcopo Roffensi salutem et apostolicam benediccionem. Constitutus in presencia nostra dilectus filius Johannes de Depedene, pauper clericus London', nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse sicut asserit beneficium aliquod ecclesiasticum non obtineat, provideri sibi de benignitate apostolica mandaremus. Quia igitur illi sunt ad ecclesiastica beneficia promovendi quibus mores et sciencia suffragantur, cum idem clericus quem per certos examinatores super hoc deputatos a nobis de literatura examinari fecimus diligenter, inventus sit in illa convenienter ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum; nos de vita et conversacione ipsius clerici noticiam non habentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus de hiis solerter inquirens, si eum vite laudabilis et honeste conversacionis esse repereris et aliud ecclesiasticum beneficium non obtineat, aliudque canonicum non obsistat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico secundum sue probitatis merita competenti, cum cura vel sine cura, consueto abolim clericis secularibus assignari, spectante communiter ad collacionem vel presentacionem dilectorum filiorum prioris et capituli ecclesie Roffensis, si quod in civitate vel diocesi Roffensi, ubi dictus clericus perpetuam mansionem se asserit elegisse, vacat ad presens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, per te vel alium seu alios providere cures, inducens eum in corporalem possessionem ejusdem beneficii et defendens inductum, ac faciens ipsum ad illud, si in ecclesia collegiata secundum distinccionem nostram inferius annotatam extiterit, postquam de

[1] *Date omitted.*

ipso vacante sibi provisum fuerit, in canonicum recipi et in fratrem; non obstante si aliqui, nostra vel predecessorum Romanorum pontificum auctoritate, hujusmodi beneficia ad dictorum prioris et capituli collacionem vel presentacionem spectancia, tam in hujusmodi pauperum quam alia quacunque forma provisionis, expectent, quibus omnibus preterquam auctoritate[1] nostra hujusmodi beneficia expectantibus dictum clericum in assecucione hujusmodi beneficii volumus anteferri, set nullum per hoc eis quoad[2] assecucionem aliorum beneficiorum prejudicium generari, aut si aliquibus de beneficiis ecclesiasticis ad dictos priorem et capitulum spectantibus per nostras literas sit provisum, seu si eisdem priori et capitulo vel personis ipsius ecclesie in qua sibi provideri contigerit a sede apostolica sit indultum quod ad recepcionem vel provisionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, vel quod de beneficiis ad eorum collacionem vel presentacionem spectantibus non possit aliquibus provideri per literas apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mencionem, sive qualibet alia prefate sedis indulgencia cujuscunque tenoris existat per quam effectus presencium impediri valeat vel differri, et de qua in nostris literis mencionem fieri oporteat specialem; contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellendo; ita tamen quod idem clericus, prout requiret onus beneficii de quo ei provisum fuerit, ad ordines se faciat statutis temporibus promoveri et personaliter resideat in eodem: mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus quod in eo impensasse lauderis misericordiam pauperi et obedienciam mandatori. Volumus autem quod omnes alie litere a sede predicta vel ejus legato seu quibuslibet aliis obtente necnon promissiones et obligaciones a quibuscunque personis facte super ipsius clerici provisione sint invalide omnique careant firmitate. Ceterum districcius inhibemus ne prefato clerico auctoritate presencium in cathedrali aliquatenus provideatur ecclesia, vel de cujuslibet ecclesie collegiate prebenda vel alio ecclesiastico beneficio sine cura cujus redditus et proventus annui quindecim marcarum sterlingorum summam, sive de aliqua parochiali ecclesia vel aliquo beneficio curam animarum habente cujus redditus et proventus annui viginti marcarum ejusdem monete annuam quantitatem excedant. Valorem autem annuum hujusmodi redituum et proventuum declaramus et haberi volumus estimatum prout de illis secundum taxacionem vel alias pro decima est amplius

[1] *MS.* auctoritatem.

[2] *MS.* qua ad.

persolutum. Nostre tamen intencionis existit quod de hujusmodi beneficio, eciam si minoris quam predicitur valoris extiterit, possit eidem clerico, si illud infra unius mensis spacium postquam sibi de ipsius beneficii vacacione constiterit acceptare voluerit, provideri. Prefatis enim priori et capitulo ne post insinuacionem presencium et processuum per eas habitorum eis factam de ipso beneficio interim eciam ante acceptacionem hujusmodi disponere quoquo modo presumant, districcius inhibemus, decernentes irritum et inane si secus super premissis a quoquam, quavis auctoritate contigerit attemptari. Datum Avinione, vij. Kalendas Julii, pontificatus nostri anno primo.

1343.
Jan. 29.

[The bishop commissions the prior of Holy Trinity, London, to examine the candidate and execute the provision.]

Frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus, executor unicus ad providendum per nos vel alium seu alios Johanni de Depedene, pauperi clerico Londonie, de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura consueto ab olim clericis secularibus assignari spectante communiter ad collacionem vel presentacionem dilectorum filiorum prioris et capituli ecclesie nostre Roffensis, si quod in civitate vel diocesi Roffensi vacat ad presens, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, per sanctissimum patrem dominum Clementem, divina providencia papam sextum, sub certa forma, prout in literis apostolicis in ea parte plenior fit mencio, deputatus, venerabili et religioso viro . . priori sancte Trinitatis civitatis Londonie, salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Ad inquirendum de vita et conversacione clerici supradicti et aliis in hujusmodi literis apostolicis comprehensis, ac procedendum ulterius in negocio provisionis predicte, necnon idem negocium plene in omnibus exequendum juxta formam dictarum literarum apostolicarum quas vobis exhiberi volumus et ostendi, vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, vobis committimus cum cohercionis canonice potestate. Datum apud Trottesclive, iiij^to. Kalendas Februarii, anno domini millesimo ccc^mo.xlij^o.

[Fo. 202b.]

Prima tonsura.

1342.
Feb. 3.

First tonsure of two clerks. Names in digest.

Provisio Willelmi Grofhurst in forma pauperum.

June 25.

Provision *in forma pauperum* with *anteferri* clause as above, to William Grofhurst of the diocese of Canterbury of a like benefice in the gift of the prior and convent of Tonbridge. Avignon. vij. Kal. July, anno pont. 1.

[Fo. 203.]

Commissio.

1343.

Mar. 14.

Commission to the prior of Leeds to execute the provision. Trottiscliffe. ij. Id. March, 1342.

Privilegium prioris et fratrum Hospitalis Jerusalem[1].

1188.

Apr. 5.

[Papal indult by Clement III to the prior and brethren of the Hospitallers to retain the fruits of benefices in their gift for twenty days after their voidance, pending the presentation of new rectors.]

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis priori et fratribus hospitalis Jerosolymitani, salutem et apostolicam benedictionem. Attendentes quam devote et laudabiliter pietatis operibus et defensioni Christiani nominis in transmarinis partibus insistatis, justis postulacionibus vestris libenter annuimus, vobisque contra indebitas molestias in quantum cum deo possumus providemus. Unde, quia ad audienciam apostolatus nostri pervenit quod decedentibus ecclesiarum vestrarum rectoribus episcopi et officiales eorum ipsarum non nunquam ordinacionem differunt, et fructus in usus proprios pro sua voluntate convertunt, auctoritate vobis presencium indulgemus ut cum ecclesie vestre vacaverint, liceat vobis eas per xx^ti. dies in manibus vestris sine contradiccione aliqua retinere, ita quod infra eundem terminum a vobis rector ydoneus diocesano episcopo presentetur. Datum Laterani, Nonis Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Provisio Radulfi Bakere.

1342.

June 25.

Provision *in forma pauperum* with *anteferri* clause to Ralf Bakere of the parish of Sevenoaks (*Sevenoke*) of a benefice in Rochester diocese, value not exceeding 20 marks with cure or 15 marks without, in the gift of the archbishop of Canterbury. Avignon. vij. Kal. July. anno pont. 1.

[Fo. 203 b.]

1343.
Apr. 9.
Commission to the prior of Tonbridge to execute the provision. Trottiscliffe. v. Id. April, 1343.

Provisio Johannis Pecham in forma pauperum.

1342.
June 27.
Like provision to John de Pecham of Canterbury of a benefice in the gift of the prior and convent of Leeds. Avignon. v. Kal. July, anno pont. 1.

[Fo. 204.]

1343.
Feb. 23.
Commission to Master Thomas de Cantuaria, commissary-general of the archbishop of Canterbury, to execute the provision. Trottiscliffe. vij. Kal. March, 1342.

Prima tonsura.

Mar. 9.
[First tonsure of seven clerks. Names in digest.]

vij. Idus Marcii, anno domini millesimo ccc^mo^.xlij°. Ordinati fuerunt ad primam tonsuram infrascripti:—

Provisio Petro dicto Coc in forma pauperum.

1342.
June 25.
Provision as above to Peter called Coc of Halstead (*Halstede*) of a benefice in the gift of the prior and convent of Leeds. Avignon. vij. Kal. July. anno pont. 1.

[Fo. 204 b.]

1343.
Mar. 14.
Commission to the priors of St. Bartholomew by (*juxta*) London, and St. Mary's hospital without Bishopgate (*Busshopesgate*), London, to execute the provision. Trottiscliffe. ij. Id. March, 1342.

Prima tonsura.

Mar. 30.
[First tonsure of a clerk.]

iij. Kalendas Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo tercio ordinatus fuit ad primam tonsuram clericalem Thomas Ythoun de Gillyngham, Cantuariensis diocesis, per literas dimissorias sui diocesani.

Prima tonsura.

Apr. 5.

[First tonsure of ten clerks. Names in digest.]

Nonis Aprilis anno domini millesimo ccc^mo^.xliij^o^. Ordinati fuerunt ad primam tonsuram clericalem infrascripti:—

Netlestede.

Apr. 7.

Institution of John de Pympe, clerk, to Nettlestead R. void by resignation of William de Pympe. Patron: Philip de Pympe, kt. Oath of obedience vij. Id. April.

[Fo. 204 b.]

Acoliti.

1343.

Apr. 13.

[Ordination of two acolytes.]

Idibus Aprilis anno domini supradicto ordinati fuerunt in capella de Trottesclive acoliti, videlicet Johannes Pympe, rector ecclesie de Nettlestede, Roffensis diocesis, et Thomas Convers de Mallyng'.

[Fo. 205.]

Apr. 29.

[Faculty to Lora, wife of William Claperons, to make a larger window in the North aisle of Dartford church, next the chancel.]

Sachent toutz gentz qi cestes lettres verront ou orront qe nous frere Hamon par la soeffraunce dieux evesque de Roucestre avoms grauntee et assenti qe Lore la femme William Claperons puisse faire un novel fenestre en leele prest du chauncel de leglise de Derteford vers le North largier et alomer et autre redressement faire al honur de dieux et sa douce mere. Et a complier soun bon desir voloms et grantoms tant come nous atient, qe sa devocion qele ad de bien faire a seint eglise a nulli soit prejudicial en temps avenir. En tesmoinance des queux choses nous eioms mis nostre seal. Done a Trottesclive le xxix. jour Daveril lan du regne le roi Edward tierce puis le conqueste dis et septime.

Ad visitandum.

May 13.

[The bishop gives notice of his intention to visit the prior and chapter on June 13.]

Frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus dilectis filiis priori et capitulo nostro Roffensibus, salutem, graciam, et benediccionem. Injunctum nobis pastorale officium exequi volentes ut tenemur, vos in personis et rebus die Veneris proximo post festum sancti Barnabe apostoli proximo futurum visitare proponimus domino concedente. Quocirca vos omnes et singulos tenore presencium peremptorie citamus, ac per vos omnes fratres absentes si qui fuerint qui nostram visitacionem hujusmodi subire tenentur peremptorie citari volumus et mandamus, quod dicto die hora capituli consueta in domo vestra capitulari coram nobis personaliter compareatis et compareant, nostram visitacionem predictam subituri, procuracionem nostram canonicam dicto die provisuri, ulteriusque facturi et recepturi omnia et singula que ad visitacionem attinent antedictam et canonicis conveniunt institutis. De die vero receptionis presencium et quid feceritis faciendumque duxeritis in premissis, nos una cum nominibus omnium fratrum citatorum, ac eciam absencium si qui fuerint, in quadam cedula vestro certificatorio annectenda dictis die hora et loco distincte et aperte certificetis per vestras patentes literas harum seriem continentes. Date apud Trottesclive iij°. Id. Maii anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo tercio.

Acquietancia de procuracionibus Cardinalium Penestrini et Tusculani episcoporum.

May 16.

[The bishop acquits the prior and chapter of Rochester of the sum of £57. 2*s*. 8*d*, being the procurations due to the Cardinal bishops of Palestrina and Tusculum, nuncios apostolic to England, from the diocese of Rochester, for the year beginning 1 July, 1342, for which he holds their collector's receipt of which a copy follows dated London, May 7.]

Noverint universi quod nos, frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus, recepimus et habuimus de dilectis in Christo filiis . . priore et capitulo ecclesie nostre cathedralis Roffensis, collectoribus procuracionum reverendorum dominorum Cardinalium infrascriptorum in nostra Roffensi diocesi predicta per nos deputatis et assignatis, quasdam literas acquietancie discreti viri fratris Andruyni de Rocha, prioris de Colungiis, procuratoris et nuncii reverendorum patrum et dominorum Petri Penestrini, sanctissime Romane ecclesie vicecancellarii, et Anibaldi Tusculani episcoporum cardinalium, sedis apostolice ad regnum Anglie nunciorum, habentis potestatem procuraciones ipsis dominis . . car-

dinalibus in dicto regno Anglie debitas recipiendi, et de solutis acquietancias seu apochas nomine dictorum dominorum cardinalium faciendi, de quinquaginta septem libris, duobus solidis, et octo denariis sterlingorum pro procuracionibus dictis cardinalibus debitis de temporalibus et spiritualibus bonis et beneficiis nostris, necnon prioris et capituli Roffensium predictorum, et quorundam aliorum nostre Roffensis dyocesis, de primo anno prosecucionis eorum incipiente prima die Julii solutis[1] de mandato[1] nostro eidem Andruyno per prefatos priorem et capitulum. De quibus quidem literis acquietancie per nos habitis et receptis necnon de predictis quinquaginta septem libris, duobus solidis, et octo denariis, antedicto Andruyno per dictos priorem et capitulum solutis, prefatos priorem et capitulum et eorum successores pro nobis et successoribus nostris acquietamus et acquietavimus per presentes. Date apud Trottesclive sub sigillo nostro magno. xvj. die mensis Maii, anno domini millesimo ccc. xliij.

Tenor autem acquietancie dicti Andruyni est iste, de verbo ad verbum :—

May 7.

Noverint universi quod nos Andruynus de Rocha, decretorum doctor, prior de Colungiis, procurator et nuncius reverendorum patrum et dominorum, dominorum Petri Penestrini, sacrosancte Romane ecclesie vicecancellarii, et Anibaldi Tusculani episcoporum cardinalium, sedis apostolice ad regnum Anglie nunciorum, habentes ab eis potestatem procuraciones ipsis in dicto regno Anglie debitas recipiendi, et de solutis acquietancias seu apochas nomine dictorum dominorum cardinalium faciendi, recepimus a reverendo in Christo patre ac domino, domino Hamone divina providencia Roffensi episcopo quinquaginta septem libras, duos solidos et octo denarios sterlingorum in solucionem et satisfaccionem procuracionum prefatis dominis cardinalibus de temporalibus et spiritualibus dicti domini episcopi et quorundam aliorum sue diocesis debitarum[2] pro primo anno incipiente prima die Julii anni proxime preteriti. De qua quidem pecunie summa, fatemur nobis nomine dictorum dominorum cardinalium fore plenissime satisfactum, et ipsum dominum episcopum nomine quo supra, quietamus et quietavimus per presentes. Date Londonie sub sigillo nostro die septimo Maii anno domini millesimo ccc^mo^. xliij.

---

[1] *Repeated.* [2] *MS.* debitorum.

Provisio Johannis Willames in forma pauperum.

1342.
June 25.

Provision *in forma pauperum* with *anteferri* clause to John Willames of Yanworth (*Yanewortb*), of the diocese of Worcester, of a benefice in
[Fo. 205 b.] Rochester diocese, value not exceeding 20 marks with cure or 15 marks without, in the gift of the prioress and convent of Sheppey (*Scapeya*).
Avignon. vij. Kal. July. anno pont. 1.

Commissio.

1343.
May 23.

Commission to the prior of Tonbridge (*Tonebregg*) and the dean of Shoreham (*Schorham*) to execute the provision. Trottiscliffe. x. Kal. June. 1343.

Prima tonsura.

May 30.

[First tonsure of a clerk.]

ij. Kalendas Julii ordinatus fuit Thomas filius Thome Judde de Tonebreg' ad primam tonsuram.

Inhibicio ne archidiaconus exerceat jurisdiccionem pendente visitacione episcopi.

May 25.

[The bishop having begun his visitation forbids the archdeacon to exercise any jurisdiction until it is completed. Any licence to do so by virtue of which the archdeacon held his chapter at Leybourne on May 24 and so impeded the bishop's commissaries holding his visitation in Mereworth church on the same day is hereby revoked.]

Frater Hamo permissione divina Roffensis episcopus dilecto filio archidiacono Roffensi, salutem, graciam, et benediccionem. Quia in nostris civitate et diocesi visitacionem nostram actualiter inchoavimus, quam indies continuare proponimus et citra autumpnum consummare speramus deo dante, nec licet nobis in jurisdiccionis aut correccionum exercicio una vobiscum concurrere de consuetudine vel de jure, vobis tenore presencium inhibemus in virtute obediencie firmiter injungentes, ne pendente nostra visitacione hujusmodi visitacionem, jurisdiccionem, seu correccionem aliquam exercere vel facere, clam vel palam, quovis quesito
[Fo. 206.] colore, | per vos vel per alium presumatis; set ab eisdem eciam prius inchoatis desistere et cessare curetis omnino

donec aliud super hiis vobis duxerimus indulgendum. Licenciam vero, si quam vobis prius concesserimus in hac parte, nos illam ex certis causis revocamus; eo presertim quod nostris commissariis nuper, videlicet ix.°. Kalendas Junii, in ecclesia Mereworth decanatus de Mallyng' visitacionem actualiter exercentibus vice nostra vos ipso die in ecclesia parochiali de Leybourne ejusdam decanatus ecclesie predicte visina capitulum vestrum tenuistis seu teneri fecistis, licencia si quam habueritis abutendo, et nostram visitacionem predictam nimis inciviliter impediendo in nostri prejudicium et gravamen. Quid autem faciendum duxeritis in premissis nos quantocius receptis presentibus sine more dispendio certificetis per vestras patentes literas harum seriem continentes. Date apud Trottesclive viij°. Kalendas Junii, anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo tercio.

Declaracio inhibicionis predicte.

1343.
June 1.

[The bishop authorizes the archdeacon to absolve excommunicated or suspended persons and to relax interdicts notwithstanding the above inhibition.]

Frater Hamo etc. dilecto filio archidiacono etc. Licet nuper per nostras vobis literas sub data viij°. Kalendas Junii ultimo preterito confectas inhibuerimus, ut est moris, ne pendente visitacione nostra quam inchoavimus, jurisdiccionem seu correccionem aliquam exercere vel facere presumeretis, set ab eisdem interim exercendis desisteretis omnino; vobis tamen ut quoscunque ante datam predictam per vos seu officialem vestrum excommunicatos aut suspensos ab hujusmodi excommunicacionis aut suspensionis sentenciis absolvere et interdicta, si que interposueritis, relaxare valeatis, predicta inhibicione non obstante, licenciam specialem concedimus per presentes. Ceteris omnibus in predictis nostris literis comprehensis, donec aliud indulgendum duxerimus, in suo robore duraturis. Date apud Trottesclive, Kalendis Junii anno domini millesimo ccc^mo^. xliij°.

June 7.

[Ordination at Halling. Names in digest of ordinations.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia episcopum Roffensem in capella manerii de Hallyng', Roffensis diocesis, vij°. Idus Junii, videlicet die Sabbati quatuor temporum in septimana Penthecostes anno domini millesimo ccc^mo^. xliij°.

Prima tonsura.

June 8.

[First tonsure of four clerks. Names in digest.]

Item vj^to. Idus Junii anno domini supradicto in capella de Hallyng', Roffensis diocesis, ordinati fuerunt ad primam tonsuram videlicet:—

[Fo. 206 b.]

Dispensacio Ricardi de Cuklestane super legitimacione.

1338.

Jan. 22.

[Dispensation by Peter, cardinal-priest of St. Praxed's—in virtue of a bull of Benedict XII, dated 25 June, 1337, empowering him and his fellow-nuncio Bertrand, cardinal-deacon of St. Mary's *in Aquiro*, during their mission to France and England, to dispense 100 illegitimate clerks, not born of married parents, to receive ordination—to Richard Aleyn of Cuxton, son of Simon de Bradestede, to be ordained and hold a benefice with cure, not in a cathedral church, on the usual conditions; Richard is the sixty-eighth clerk dispensed.]

Petrus miseracione divina tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis, apostolice sedis nuncius, dilecto nobis in Christo Ricardo Aleyn de Cuklestane, nato Symonis de Bradestede, clerico Roffensis diocesis, salutem in domino. Sanctissimus pater et dominus noster, dominus Benedictus divina providencia papa XII, nos ad Francie et Anglie partes pro magnis et arduis negociis destinando, patentes literas apostolicas ejus vera bulla plumbea bullatas nobis in hac forma[1] concessit:—

1337.

June 24.

Benedictus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Petro tituli sancte Praxedis presbytero, et Bertrando sancte Marie in Aquiro diacono, cardinalibus, apostolice sedis nunciis, salutem et apostolicam benediccionem. Cum vos ad Francie et Anglie regna pro magnis et arduis negociis destinemus, nos, volentes vobis illa concedere per que aliorum statui et saluti consulere valeatis, dispensandi, hujusmodi negociorum vestra prosecucione durante, cum centum clericis regnorum predictorum de soluto genitis et soluta quod hujusmodi non obstante defectu possint ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, dum tamen in ecclesia

[1] *Substitut d for* parte *cancelled.*

cathedrali non sit, obtinere, eciam si curam habeat animarum, dummodo ipsi, consideratis circumstanciis universis que circa ydoneitatem ipsorum fuerint attendende, paterne non sint incontinencie sectatores set bone conversacionis et vite, super quibus vestras intendimus consciencias onerare, aliaque merita suffragentur, eisdem ad hujusmodi dispensacionis graciam obtinendam, prout secundum deum animarum saluti videritis expedire, plenam vobis et unicuique vestrum concedimus auctoritate presencium facultatem. Proviso quod quilibet clericorum ipsorum ad ordines, prout requirit onus beneficii quod eum post dispensacionem hujusmodi obtinere contigerit, statutis temporibus se faciat promoveri et personaliter resideat in eadem. Date Avinione, viij°. Kalendas Julii, pontificatus nostri anno tercio.

1338.
Jan. 22.

Tu quoque nobis humiliter supplicasti quod tecum super defectu natalium quem pateris, de soluto genitus et soluta, ut ipso non obstante defectu possis ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum, dispensare misericorditer dignaremur. Nos igitur, Petrus, cardinalis et nuncius supradictus, tuis supplicacionibus inclinati, consideratis circumstanciis universis que circa ydoneitatem tuam [1] fuerunt attendende, cum ex inquisicione solerti super hiis habita sit repertum te non esse paterne incontinencie sectatorem set bone conversacionis et vite aliaque tibi merita suffragari, ad hujusmodi dispensacionis graciam obtinendam auctoritate apostolica nobis tradita per literas supradictas qua in hac parte fungimur tecum, qui sexagesimus octavus es de numero centenario in predictis literis apostolicis contento, si primam tonsuram per quam clericalis ordo confertur a tuo episcopo prout asseris recepisti, quod non obstante defectu natalium supradicto quo pateris, de soluto genitus et soluta, ad omnes ordines promoveri possis et beneficium ecclesiasticum, dum tamen in ecclesia cathedrali non sit, obtinere valeas, eciam si curam habeat animarum, tenore presencium misericorditer dispensamus. Ita tamen quod,[1] prout requiret onus beneficii quod te post dispensacionem hujusmodi obtinere contigerit, facias statutis a jure temporibus ad ordines promoveri et personaliter resideas in eodem. In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus et eas nostri sigilli appensione munitas tibi duximus concedendas. Date Londonie, die vicesima secunda mensis Januarii, sub anno a nativitate domini millesimo

[1] *Interlineated.*

cccmo. tricesimo octavo, indiccione sexta, pontificatus supradicti domini Benedicti pape XII anno quarto.[1]

Provisio Ricardi Wykyng in forma pauperum.

1342.
June 27.

Provision *in forma pauperum* with *anteferri* clause to Richard Wykyng' of Cowden (*Coudenn'*) of a benefice in Rochester diocese value not
[Fo. 207.] exceeding 20 marks with cure or 15 without, in the gift of the prior and chapter of Rochester. Avignon, vj. Kal. July. anno pont. 1.

Commissio ejusdem.

1343.
June 11.

Commission to the treasurer and precentor of St. Paul's, London, to execute the provision. Halling, iij. Id. June, 1343.

Prima tonsura.

June 18.

[First tonsure of eight clerks. Names in digest.]

xiiij. Kalendas Julii anno domini millesimo cccmo. quadragesimo tercio in manerio abbatis de Boxle apud sanctam Werburgam in Hoo ordinati fuerunt ad primam tonsuram clericalem infrascripti:—

Prima tonsura.

July 20.

First tonsure of two clerks. Names in digest. xiij. Kal. August.

July 21.

First tonsure of Richard Tricot of Aylesford (*Eylesford*). Trottiscliffe chapel. xij. Kal. August.

[Fo. 207 b.]

Pro beneficiis aliengenarum.

July 8.

[Writ demanding a return before July 25, of all aliens holding benefices in Rochester diocese, specifying which of them reside.[2]]

Edwardus dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi, salu-

[1] *The year, as appears by the indiction and pontifical year, is not reckoned from Lady Day according to English use, but presumably from Christmas.*

[Fo. 206 b.]

[2] *In margin,* Receptum apud Trottesclive xiiij. Kalendas Augusti.

tem. Volentes certis de causis cerciorari de nominibus omnium et singulorum alienigenarum beneficiatorum in diocesi vestra, et de nominibus beneficiorum eorundem, et qui in beneficiis suis resident et qui non; vobis mandamus quod nos inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro citra festum sancti Jacobi apostoli proxime futuro distincte et aperte reddatis cerciores, hoc breve nobis remittentes. Teste me ipso apud Arundell' viij. die Julii anno regni nostri Anglie decimo septimo, regni vero nostri Francie quarto.

Retornatum fuit istud breve.

[The bishop returns the names of all aliens holding benefices, but not those holding ecclesiastical temporalities only.]

Abbas et conventus de Gandavo, alienigene, habent in proprios usus ecclesias de Leuesham et Eastgrenewich', et bona temporalia spiritualibus annexa in villa predicta, et frater Willelmus Sergotz, procurator eorundem abbatis et conventus, residet ibidem. Item dominus Petrus de Boyleau, alienigena, habet vicariam ecclesie de Eltham et residet in eadem. Item prior et conventus de Bermundeseye habent in proprios usus ecclesias de Cobeham, Shorne, et Berlyng', et resident, ut dicitur, in prioratu de Bermundeseya predicta. Nec sunt alii alienigene habentes beneficia ecclesiastica in diocesi nostra quod scimus, licet quidam alii beneficia temporalia spiritualibus annexa obtinent in eadem.

Dispensacio super defectu natalium Ricardi Tricot.

July 16.

[The bishop, by virtue of letters of Gaucelm, cardinal bishop of Albano papal penitentiary, dated 15 May, 1343, dispenses Richard Tricot of Aylesford, son of unmarried parents, to be ordained and hold a benefice.]

Frater Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, dilecto filio Ricardo Tricot de Eylesford, nostre diocesis, salutem, graciam, et benediccionem. Literas reverendi in Christo patris et domini, domini Gaucelm, dei gracia Albanensis episcopi cardinalis, domini nostri pape penitenciarii, per te nobis directas recepimus, formam que sequitur continentes:—

May 15.

Venerabili in Christo patri dei gracia episcopo Roffensi vel ejus vicario in spiritualibus, Gaucelmus, miseracione divina episcopus Albanensis, salutem et sinceram in domino caritatem, Accedens ad apostolicam sedem Ricardus Tricot de Eylesford,

scolaris, vestre diocesis, lator presencium, nobis humiliter supplicavit ut cum eo, qui sicut asserit ascribi desiderat milicie clericali, super defectu natalium quem patitur, de soluto genitus et soluta, quod hujusmodi non obstante defectu possit ad omnes ordines permoveri, et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum, sedes ipsa dispensare misericorditer dignaretur. Ad vos igitur scolarem remittentes eundem, auctoritate domini pape, cujus penitenciarie curam gerimus, circumspeccioni vestre committimus quatinus consideratis diligenter circumstanciis universis que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, si paterne non est incontinencie imitator, et bone conversacionis et vite, super quibus vestram intendimus conscienciam onerare, aliasque sibi merita suffragantur ad hujusmodi dispensacionis graciam obtinendam, super petitis dispensetis misericorditer cum eodem. Ita tamen quod, prout requiret onus beneficii, quod eum post dispensacionem hujusmodi obtinere contigerit, ad ordines se faciat statutis in jure temporibus promoveri, et personaliter resideat in eodem. Alioquin hujusmodi dispensacionis gracia quo ad ipsum beneficium nullius penitus sit momenti. Date Avinione, Idibus Maii, pontificatus domini Clementis pape vi^ti^. anno primo.

July 16.

Pensatis igitur hiis que nobis in dictis litteris demandantur et circumstanciis universis que circa ydoneitatem persone tue fuerint attendende diligenter consideratis, quia per inquisicionem quam super hiis fieri fecimus compertum existit quod de soluto genitus et soluta nec es paterne imitator incontinencie, set bone conversacionis et vite, aliasque tibi merita suffragantur ad hujusmodi dispensacionis graciam obtinendam; nos tecum ut ad omnes ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere valeas, eciam si curam habeat animarum, defectu predicto natalium non obstante, auctoritate literarum predictarum juxta tenorem et exigenciam earundem misericorditer dispensamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Date apud Trottesclive xvij. Kalendas Augusti anno domini millesimo ccc^mo^. xliij^o^.

Nutstede.

Aug. 25.

Institution of John de Lagham, priest, to Nursted R. void by death of John de Carlton'. Patron: Thomas de Gravesende. Oath of obedience. viij. Kal. Sept. 1343.

Gravesende.

Sept. 16.

Institution of William de London, priest, to Gravesend R. Patron: Robert de Ufford, earl of Suffolk, Oath of obedience. xvj. Kal. Oct. 1343.

[Fo. 208.]

Sept. 20.

[Ordination at Halling. Names in digest.]

Ordines celebrati per venerabilem patrem dominum Hamonem dei gracia Roffensem episcopum in capella manerii de Hallyngg', Roffensis dyocesis, die Sabbati iiij^{or}. temporum videlicet xij. Kalendas Octobris anno domini millesimo ccc^{mo}. quadragesimo tercio.

Sept. 21.

[First Tonsure of eight clerks. Names in digest.]

Die dominica, videlicet xj. Kalendas Octobris, anno domini m^{o}.ccc^{mo}. quadragesimo tercio, ordinati fuerunt ad primam tonsuram :—

Fotescreye.

Sept. 22.

Dispensation for Thomas called Schepherd, rector of Foot's Cray, to study letters for one year from date. x. Kal. October, 1343.

Assch' et Henxhull.

Sept. 24.

[Exchange of benefices between William le Galeys, rector of Hinxhill, and Walter Launcelyn, rector of Ash, the latter being instituted by his proxy, Thomas de Fayreford, priest. William has leave to study for one year at Cambridge, and is admonished to make good the defects of his church and rectory.]

Memorandum quod viij. Kalendas Octobris anno domini proximo supradicto dominus, auctoritate cujusdam commissionis domini archiepiscopi Cantuariensis [1] penes registrarium residentis [1], admisit [1] et instituit [1] Willelmum dictum le Galeys ad ecclesiam de Essch', Roffensis diocesis, et Walterum Launcelyn ad ecclesiam de Henxhull' ex causa permutacionis adinvicem ecclesiarum predictarum: videlicet Willelmum in propria persona et Walterum Launcelyn in persona domini Thome de Fayreford', presbyteri, ipsius Walteri procuratoris sub manu publica constituti. Et postea [1] eadem die dominus dispensavit cum predicto Willelmo le Galeys

---

[1] *Interlineated.*

ut per annum post datam viij. Kalendas Octobris predictam possit apud Cantebr' studio insistere literarum. Et injunxit tunc ibidem eidem Willelmo rectori predicto et ipsum monuit quod omnes defectus repertos tunc in ecclesia predicta et rectoria ejusdem citra festum nativitatis sancti Johannis Baptiste proximo tunc futurum sufficienter et congrue repararet sub pena centum solidorum, in quibus idem episcopus exnunc ut extunc ipsum rectorem multavit si citra festum predictum predictos defectus non repararet ut est dictum. Presentibus in premissis dominis Thoma de Alkham et Thoma de Heth', de Suthflet' et Rotherfeld' ecclesiarum rectoribus, et Johanne de Mounte, clerico.

Lullyngston'.

Oct. 1.

[Leave of absence for four years for Adam de Branketre, rector of Lullingstone.]

Kalendis Octobris anno domini supradicto dominus licenciavit dominum Adam de Branketre, rectorem ecclesie de Lullyngston', ut possit se absentare per quadriennium ab ecclesia sua. Proviso quod interim deserviatur ecclesie laudabiliter in divinis et procuratorem sufficientem dimittat in eadem.

Testimoniale super ordinibus.—Heryng.

Oct. 4.

[Certificate that Richard Heryng of Cuxton, charged with having been ordained priest without having previously been ordained deacon, has given proof of his ordination as subdeacon by Walter, late Archbishop of Canterbury, and deacon and priest by Bishop Hamo, with the requisite intervals. He has lost his letters of orders in a fire at his house.]

Universis pateat per presentes quod cum dominus Ricardus Heryng' de Coklestan', nostre Roffensis diocesis presbyter, fuisset coram nobis fratre Hamone, permissione divina Roffensi episcopo, ex officio nostro judicialiter impetitus quod ad diaconatus ordinem non fuerat canonice ordinatus, set omisso predicto ordine se fecerat per saltum in presbyterum promoveri; idem dominus Ricardus certis die et loco sibi assignatis coram nobis personaliter comparens allegavit se ad predictum diaconatus et alios omnes sacros ordines debitis temporum intersticiis rite et canonice fuisse promotum, et super ordinum hujusmodi suscepcionem suorum ordinatorum literas sufficientes habuisse, set eas per repentinum domorum suarum incendium amisisse. Et quia prefatus dominus Ricardus

coram nobis per legitima et sufficiencia documenta probavit se per bone memorie dominum Walterum Cantuariensem archiepiscopum in subdiaconum ac per nos consequenter in diaconum et presbyterum rite et canonice fuisse promotum ; nos eundem dominum Ricardum ad omnes sacros ordines rite et canonice promotum fuisse et esse diffinitive pronunciamus et declaramus in hiis scriptis ac ipsum ab jurisdiccione officii nostri in premissis dimittimus absolutum. Data apud Trottesclive iiij° Nonas Octobris anno domini millesimo ccc^mo^. xliij°.

[Fo. 208 b.]
Oct. 10.

[Andrew Rosekyn, rector of Halstow, convicted of fornication with his parishioner, Joan Grygge, is ordered as penance to pay 40*s.* to the bishop's almonry before Christmas, unless the bishop reduce the sum now fixed by his official.]

Memorandum quod vj. Idus Octobris, videlicet decimo die ejusdem mensis, anno domini m°. ccc^mo^. xliij°., Indiccione xij. pontificatus Clementis pape vj^ti^. anno secundo, constitutus personaliter in camera clericorum manerii de Trottesclyve contigua aule ejusdem manerii ex parte occidentali, dominus Andreas Rosekyn, rector ecclesie de Halghestowe, Roffensis diocesis, coram discreto viro magistro Edmundo de Borham, tunc officiali Roffensi, peciit graciam venerabilis patris domini Hamonis, dei gracia Roffensis episcopi, cui prius se fatebatur judicialiter submisisse, super eo quod carnaliter cognoverat Johannam Grygge, parochianam suam. Et abjuravit tunc ibidem prefatus Andreas carnalem copulam cum dicta muliere committendam in futurum sub pena decem librarum elemosine dicti patris applicandarum. Et juravit tactis sacrosanctis ewangeliis facere penitenciam sibi injungendam pro commissis sub forma per dictum officialem sibi indicenda. Et dictus officialis eidem Andree tunc indixit et injunxit pro commissis eisdem quod solveret ad elemosinam dicti patris quadraginta solidos sterlingorum citra festum Natalis domini proximo futurum nisi meliorem graciam a dicto patre possit obtinere. Presentibus in premissis dominis Thoma de Alkham et magistro Johanne de Scholdon', rectore ecclesie de Couling', ac magistro Ricardo de Scholdon', fratre ejusdem magistri Johannis, testibus ad hoc vocatis et rogatis, in presencia mei, Willelmi de Middelton', notarii publici, et scribe patris predicti, per dictum officialem jussi super hiis conficere publicum instrumentum. Middelton'.[1]

---

[1] Notarial sign.

Prima tonsura.

Oct. 12.

[First tonsure of Richard Thomas of Brenchley.]

iiij^to. Idus Octobris anno domini supradicto in capella de Trottesclive Ricardus Thomas de Brenchesle ordinatus fuit ad primam tonsuram.

Litera missa domino pape pro notariis preficiendis.

[The bishop petitions the pope to be permitted to appoint two new notaries, since the employment of imperial notaries is forbidden in England and there are not more than two papal notaries in his diocese.]

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo reverentissimo domino Clementi, divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, suus capellanus humilimus, vestre Roffensis ecclesie minister exiguus, cum omni obediencia et reverencia subjectiva se prostratum ad devota pedum oscula beatorum. Pater sanctissime, cum tabellionum usus imperialium sit in regno Anglie ac a diu fuerit publice interdictus, sitque in Roffensi diocesi tanta notariorum auctoritate apostolica prefectorum paucitas quod numerum binarium non excedit, ex quo contingit, ut arbitror, quod ob probacionum penuriam sic restrictam in causis et negociis ecclesiasticis pertractandis plerumque cedit veritas falsitati; vestre sanctitatis clemenciam duxi humiliter implorandam quatinus ad ecclesie comodum et veritatis testimonium promovenda, mihi servulo vestro dignemini auctoritatem apostolicam impertiri ut duos notarios publicos valeam preficere, vestre presertim Roffensi ecclesie servituros de vestra paterna providencia et gracia speciali. Valeat in Christo paternitas vestra sanctissima cum prosperitate longeva ad regimen universalis ecclesie sacrosancte. Scriptum apud Trottesclive iiij°. Idus Octobris anno domini millesimo ccc^mo. xliij°.

Litera supplicatoria pro eodem negocio.

[The bishop requests Master Richard de Thormerton to present the above petition to the Pope, either himself or by the hands of the abbot-elect of St. Augustine's, Canterbury (William Drulege). He will refund Richard's expenses when he receives the Bulls.]

Venerabili et discreto viro, magistro Ricardo de Thormerton, amico nostro carissimo, Hamo, permissione divina Roffensis episcopus, salutem et promptam ad beneplacita voluntatem. Carissime, tradi fecimus latori presencium literas nostras supplicatorias

domino nostro pape super duorum notariorum prefeccione directas, vobis porrigendas, tenorem inclusum presentibus continentes. Vestre igitur discrecionis amiciciam votive rogamus quatinus literas ipsas, sive per vestras sive per electi in abbatem monasterii sancti Augustini, Cantuarie, aut alterius manus predicto domino nostro pape presentari facere velitis congruenti tempore prout et quando vobis magis videbitur expedire. Rescribentes nobis si libeat quamcicius poteritis qualiter dictum negocium expediri contigerit, et quos sumptus apposueritis circa ipsum negocium persequendum: nosque sumptus hujusmodi vobis refundi faciemus cum nobis super hoc literas apostolicas transmiseritis juxta modum nobis per vestras literas intimandum. Valeat in Christo salus vestra per votiva tempora diuturna. Scripte apud Trottesclive iiij^to^. Idus Octobris anno domini millesimo ccc^mo^. quadragesimo tercio.

Merston'.

Oct. 23.

[Robert, rector of Marestone, has leave of absence for one year from Nov. 1.]

x. Kalendas Novembris anno domini proximo supradicto dominus licenciavit dominum Robertum, rectorem de Merston', ut possit se absentare ab ecclesia sua per annum continuum a Kalendis predictis. Ita videlicet quod ecclesie sue deserviatur interim laudabiliter in divinis et quod dimitteret sufficientem procuratorem ad respondendum sibi et ceteris ordinariis ut est moris.

Oct. 8.

[Exchequer writ of *venire facias* against John de Paynswik, rector of Hartley, in an action of debt and detinue brought by John de Ectone. Return: John de Payneswik is in prison in Newgate and cannot be cited.]

Edwardus[1] dei gracia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie venerabili in Christo patri H. eadem gracia episcopo Roffensi salutem. Quia vicecomes noster comitatus Kancie retornavit ad Scaccarium nostrum in crastino sancti Michaelis ultimo preterito quod Johannes de Payneswik', persona ecclesie de Hertele, clericus est vestre diocesis et nullum habet laicum feodum in balliva sua per quod potest attachiari, vobis mandamus quod venire faciatis coram baronibus de Scaccario nostro predicto apud Westmonasterium in crastino Animarum[2] prefatum Johannem ad respondendum Johanni de Ectone, camerario de eodem Scaccario nostro, de xl. s. quos ei

[1] *Margin*: Receptum apud Trottesclive xvij. Kalendas Novembris.

[2] *Margin*: [Retornatum] fuit isto modo.

debet et injuste detinet, ut dicit, sicut racionabiliter monstrare poterit quod inde respondere debet. Et habeatis ibi hoc breve. Teste W. de Stowe apud Westmonasterium viiij. die Octobris anno regni nostri Anglie decimo septimo, regni vero nostri Francie quarto.

Scire dignetur excellencia regia quod Johannem de Payneswik', personam ecclesie de Hertele, nostre diocesis, citare non potuimus ista vice, pro eo quod incarceratus est Londonie apud Newegate prout accepimus ex testimonio fidedigno.

North Creye.

Nov. 3.

[Richard de Cokefeld, rector of North Cray, is excused for absence and permitted to remain absent till Michaelmas, 1344.]

Memorandum quod die Lune, videlicet iij. Nonas Novembris, dominus approbavit absenciam domini Ricardi de Cokefeld, rectoris ecclesie de North Creye, usque ad diem Lune predictum, et dedit sibi licenciam absentandi se usque ad festum sancti Michaelis proximo tunc futurum a dicto die Lune anno domini m°. ccc^mo^. xliii°.

[Fo. 209.]

Nov. 20.

[Dispensation for William de Redeswell, rector of Luddesdown, to be absent while studying at an university.]

Memorandum quod xij. Kalendas Decembris anno domini m°. ccc^mo^. quadragesimo tercio dominus dispensavit cum magistro Willelmo de Redeswell', subdiacono, rectore ecclesie de Luddesdon', ut possit in Anglia vel alibi ubi literarum studium viget generale studere a tempore institucionis sue secundum formam constitucionis domini Bonifacii super hoc edite [1] . . . et quod interim non teneatur ad ulteriores ordines promoveri.

Commissio pro ordinibus celebrandis.

Dec. 8.

[Licence to Richard [Ledrede, O.M.], bishop of Ossory, to hold a special ordination for religious and for secular clerks holding letters dimissory in East Greenwich church on Dec. 20, 1343.]

Venerabili in Christo patri, domino Ricardo dei gracia episcopo Ossoriensi, frater Hamo, ejusdem permissione Roffensis episcopus, salutem et fraternam in domino caritatem. Devocionis vestre promptitudinem, quam in exequendis pontificalibus officiis habere

[1] *A caret mark here, but the period of study has not been written in.*

The Canterbury and York Society.

Established 1904, *for Printing Bishops' Registers and other Ecclesiastical Records.*

Joint-Presidents.

His Grace The ARCHBISHOP OF CANTERBURY.
His Grace The ARCHBISHOP OF YORK.

Vice-Presidents.

His Grace The DUKE OF PORTLAND, K.G.
The Most Rev. The ARCHBISHOP OF WALES.
The Right Rev. The BISHOP OF DURHAM.
The Right Rev. The BISHOP OF GUILDFORD.
The Right Rev. The BISHOP OF OXFORD.
The Right Rev. The BISHOP OF ROCHESTER.
The Right Rev. The BISHOP OF WINCHESTER.
The Right Rev. BISHOP FRERE, D.D.
The Hon. Mr. JUSTICE TALBOT.
Sir H. C. MAXWELL LYTE, K.C.B.
The Very Rev. The DEAN OF GLOUCESTER.
Rev. Prof. J. P. WHITNEY, D.D., D.C.L.
Rev. H. E. SALTER, D.Litt., F.S.A.

Council.

A. G. LITTLE, Esq., D.Litt., F.B.A., Chairman.

H. I. BELL, Esq., O.B.E., D.Litt., F.S.A., F.B.A.
C. R. CHENEY, Esq., M.A.
Miss IRENE J. CHURCHILL, D.Phil., F.S.A.
M. C. B. DAWES, Esq., B.A., F.S.A.
C. T. FLOWER, Esq., M.A., F.S.A.
Rev. Canon A. W. GOODMAN, B.D., F.S.A.
Prof. E. F. JACOB, D.Phil., F.S.A.
Rev. Canon CLAUDE JENKINS, D.D., F.S.A.
C. JOHNSON, Esq., M.A., F.S.A., F.B.A.
Miss K. MAJOR, B.Litt.
Prof. A. HAMILTON THOMPSON, D.Litt., F.S.A., F.B.A.
A. C. WOOD, Esq., M.C., M.A.

Hon. General Editor.

Miss ROSE GRAHAM, D.Litt., F.S.A.

Hon. Treasurer.

HERBERT CHITTY, Esq., M.A., F.S.A.

Hon. Auditor.

E. P. BOYS RICHARDSON, Esq., F.C.A.

Hon. Secretaries.

S. C. RATCLIFF, Esq., I.S.O., M.A., 47 Calton Avenue, S.E. 21.
Miss C. M. RIVINGTON, F.R.G.S., 44 Connaught Square, W. 2.

The Annual Subscription, One Guinea, is due on the 1st July in each year, and should be sent to

The HON. SECRETARY,
THE CANTERBURY AND YORK SOCIETY,
47 CALTON AVENUE,
LONDON, S.E. 21.

HECKMAN
BINDERY INC.
NOV 93
N. MANCHESTER,
INDIANA 46962